

## **Оссолінські колекції.**

**CD – диск виконано в рамках угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.**

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.  
Zespół (fond) 4.  
Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich  
Dział (opys) 1

192. Schützins M. Casp. Annales Civitates Gedanensis. U. I-III. [...] ad a. 1424.



Nr. 192. II.  $\frac{e}{3}$ .

1369.

Schütz, M. Casp. Annales civitatis Gedanensis libb. III. (usque ad ann. 1424.)  
Mscrpt. 208 Seiten. Folio. Schwlbbd.

III 19

ANNALIS  
Civitatis Gedanensis  
M. Casp. Schützio  
concininati.

In Nomine Domini Amen!

De Origine et Conditoribus Civitatis Gedanensis De Civitate  
Gedanensis ori-  
gine.  
adeo variant hominum opiniones et Sententiae, ut ex iis nonnulla, quae tamen vulgo praesensibiles videri possunt, anilibus fabellis non sint multum abimiles. Neque, mehercule mirum, cum his incolis Septentrioni ferme subjectis, superioribus Saeculis, non literarum solum, et liberalium artium ignorantia maxime floruerit, verum etiam Summa Prutenorum, qui nondum erant perdomiti, barbaries, omnia assiduis excursionibus bellis et latrocinis ferme devastaverit. Tantum abest, ut certus aliquis rerum gestarum Auctor vel Scriptor, quem in rerum nostrarum annotationibus tuto sequi liceret, tum temporis extiterit, multo minus ad nostra tempora pervenerit. Sed haec gentes ideo fortassis excusationem aliquam mereantur quod etiam apud Graecos et Latinos Scriptores praclarissimarum Urbium initia ideo saepe fabulosa sint, quod Scriptorem certum non haberent, sed postea rerum gestarum magnitudine, et Fortune ardentis favore,



in tantum exereuerunt, ut cum ad summum fa-  
 stigium evasisent, originis etiam falsa fidem a-  
 pud homines invenerint. Sed nostra nunc ~~per~~ sequamur.  
 Martinus Cromerus in Historia de rebus Polono-  
 rum scribit, à Polonis Duce Visfimir, uno de Lechi  
 posteris, Sivarum Danorum Regem, Navali pugna  
 insigni profligatum pulsumq; pretario Regni par-  
 tem sub annuo tributo recepitse, concessa Polonis Jutia,  
 Skaniay, filias vero ejus duas captivas, alteram Nor-  
 vagiis, alteram Germanis venditas, filium autem  
 Jarmericum obsidis loco apud Polonos adservatum  
 esse. Inde Visfimirum Principem captivis abundan-  
 tem, duas Urbes maritimas condidisse, et ex his alte-  
 ram Visfimiriam, quæ nunc Vismaria dicitur, de  
 suo nomine, alteram Dantiscum seu Gedanum à Da-  
 nis devictis, eiq; velut in Coloniam deductis appel-  
 lasse: cujus rei Vaporium Auctorem citat, apud quæ  
 uti horum fidem esse jubet, ita narrationem eam  
 verisimilem non videri, perspicuis aliorum scri-  
 ptorum doceri potest argumentis. Hic enim Vis-  
 fimirus non Polonorum Dux sed Vandalorum qui  
 tum Pomeraniam et Megapolim universam obtine-  
 bant, Princeps fuit. Nisi libeat omnes Nationes, quæ  
 ab uno Noe filio primum orta, postmodum autem in  
 diversas Regiones propagatae sunt, nullo nominum discrimi-  
 mine servato plane confundere. Hunc Visfimirum  
 asserunt non nulli, vixisse circiter annum Christi  
 Trecentimum Quadragesimum et Vismariam con-  
 didisse, quo tempore Gedanum, quantum conjectura  
 consequimur nequidem in rerum Natura esse potuit.  
 Ac omnino rationi minime convenit, Civitatem ma-  
 ritimam Gedanensem tot aetatibus extitisse tam igno-  
 bilem, præsertim cum eam Cromerus ab exordio  
 Condi-

Cromeri Senten-  
 tia refutata.

Conditionis Urbem etiam appellare non vereatur. Sed neq; Vismaria ea est Vetustas ut isto tempore condita fuerit, quinimo, quod verius est, Vismaria condita dicitur à Gyselmo Comite Sverigensi, s. Megapolensi, eo tempore, quo Waldemarus Secundus Danis imperabat et in Polonia Conradus Mazovia Dux floret, is scil. qui Cruciferos Marianos in Prusiam primus evocavit, qui Lecho certe Seculis aliquot fuit posterior. In Danorum Historiis nullibi legitur Polonos unquam transmare vel in Daniam arma protulisse. Wandalorum autem expeditiones non sunt ignotae Sivarum vero Dania Regem illum, quem allegat Cromerus à Vandalis devictum fuisse, etiam Crantzius disertè affirmat. Saxo vero Grammaticus Danicarum Rerum Scriptor Nobilis lib. 5. p. 77. b. ibi: Vid. Cladem eam Sivarum non à Visimiro vel Polonis, sed à Gottaro Svecorum Rege accepisse commemorat, de quo plura differere non est hujus loci vel temporis institutum.

Ceterum idem Crantzius in Vandalia sua, qua Vicinorum populorum etiam res obiter attingit, ubi Seditioem meminit, qua Gedani fuit excitata Anno Domini supra Millesimum Quadringentesimum 16. Mirum est inquit tam brevi coaluisse Urbem Gedanens, qua inter alias recens et hesternae computatur, in id quod tum erat et nunc magis apparet roboris ac magnitudinis: Vivit hodie scititer annum scil. Millesimum Dvringentesimum) qui audivisse testatur Avum suum retulisse, quod ex Patre acceperit, venisse se Gedanum sui tum Oppidi Nuncium et Oratorem, Consilium adusse ejus tum loci publicum, id erat coactum in privata domo, qua unicum ex lapidibus lateritia stabat ad forum, nam caetera cannis palustribus et limo horuerunt, rusticam antiquitatem testantes: ingres-

Crantzii Sententia refutata.

sum vidisse Patres conscriptos in Mensa, qua fuit  
in Conspectu, cultellis ad componendum Symbolum  
per plana demissis ad metam ludere, eam tum fu-  
isse gravitatem Consilii publici, ab illis exordis  
intra unum seculum, ad id roboris Urbem coaluisse  
non sine causa miramus, ut ejectionis Dominis suis Fra-  
tribus Teutonicis Regem Polonia cui nunc etiam pa-  
rent invocaverint. Hactenus ille. Hoc certe recen-  
tis Civitatis Testimonium longissime abest ab eo,  
quo Cromerus hanc Urbem vetustati consecrare vo-  
luit. Verum penes Cranzium hujus etiam rei fidem  
relinquo, quantum ejus Auctoris quem ne nomi-  
nat quidem nec cuius Oppidi fuerit Nuntius, testi-  
monio sit tribuendum. Evidenim si iste non de Pro-  
avo, quoniam Legatum publicum leviter aliquod  
dicere fas non est, sed de Proavia fortassis inter  
ancillas lanam facientes et fabellis operam dan-  
tes audivit. Id continuo pro testimonio Civitatis a-  
licujus vel commendande vel deformande alle-  
gabimus. Certe non decet tantum Historicum quod  
sacris initiatum tantas Nugas agere. Ve-  
rum his in partem rejectis, satis constat, initio ejus  
seculi, ac circa illud tempus quo Nuntius iste Ge-  
dani esse potuit, eam Civitatem in numero Civita-  
tum Maritimarum in foedere, et quidem inter  
Capita numeratam fuisse, et paulo post Gedanen  
Praefulum cum Colonienfium, Lubecenfium et  
Hamburgenfium Oratoribus gravissimam legationem  
ad Magistrum ordinis Teutonici de patrocinio  
Civitatum suscipiendo obivisse, quinimo ante se-  
culum istud Gedanen una cum Lubecensibus Ar-  
cem et Civitatem Stockholmia ex pacto fidejus-  
sio-

sionis tenuisse, et alioquin alias res non adeo le-  
ves domi forisq; gessisse, ut non occupationes, quā  
conferendis per ludum Symbolis fuerint, quemad-  
modum latiq; in Historia pgressu demonstrabit.

In Summa ita se res habet, quantum ex certis  
monumentis conijcere licet, nec tam vetustam  
esse Civitatem Gedanē uti Cromerus sentit, nec  
tam recentem, ut Cranzio videtur. Extant e-  
nim Litera, quibus Pomerania et Casubiorum  
Principes Olivensis Monasterii Privilegia confir-  
mant, Scripta Gedani Anno 1216. quod paulo post  
prolixius ostendetur, cum prius ea retulerimq;  
quae in Chronicis Prutenorum de Origine Civitatis  
huius habentur. At cum primis in libro quodam p-  
vetusto, qui Elbinga repertus traditur, tunc cum  
Arx dirueret, ea quae sequuntur, per scripta le-  
gimus.

Conjectura  
verisimilis

Eo in loco, ubi nunc vetus Oppidum Gedanē si-  
tum est, olim Vicus vel pagus erat, cui nomen de-  
derunt Wick, à piscatoribus seu Cauponarum exer-  
citoribus, mediocri numero habitatus, quoniam mi-  
bi frequens esset Commercatio halecis, angvilla-  
rum et aliorum piscium, qui vel saliti vel fu-  
mo durati essent, ac inde in Poloniam Pomerani-  
am, Prussiam, Gottlandiam exportarentur, Pro-  
montorium enim Hela, tum multo magis quam  
nunc in mare protendebatur, ac vastissimam Oram  
capiendis piscibus marinis maximè commodam ef-  
ficiebat, sic ut nullis objectis aggeribus, nullis adhuc  
Insulis reiectis maris aestus Mevam usq; excurreret.  
Nos gentilis erat in eo vico, ut Incola Piscatores,  
quāquam aliqui mercaturam etiam exercebant

Vicanensium  
primi mores.

cum Prutenis, pisces cum Succino plerumq; permutan-  
tes, non nulli etiam Opifices, uti tum Seculum illud  
ferebat, diebus festis passim in Vico et extra Vicum I-  
gnes succenderent, interim largissime biberent, ac ebrii  
cum universa Familia, liberis, Uxoribus, Servis, Ancil-  
lis, domesticis ac peregrinis circum ignes saltarent,  
tripudiarent, varias et ridiculas gesticulationes  
exerterent, et nihil ad summam lasciviam et pe-  
tulantiam reliquum facerent. Imo quicumq; ex  
utroq; Sexu in quovis ludicro genere magis excel-  
lisset, in honore pre ceteris habebatur. In his deli-  
tiarum et omnium libidinum exercitiis neces-  
sum erat evenire, quod ferme solet, ut rixae, con-  
tentiones, pugnae, vulnera, et saepius caedes oriren-  
tur, in quibus vindicandis ejus Vici Dominus officio suo  
non deerat, delinquentes gravissime mulctabat, pe-  
cudes, oves, jumenta, Suppellectilem omnem au-  
fererat, interdum etiam pro magnitudine deli-  
cti fontes capite plectebat. Erat is Hagelis ex  
familia Vandalicorum Principum, vel ut alii vo-  
lunt Vidoviti Prutenorum ducis oriundus, qui Ar-  
cem ligneam tum temporis satis munitam in eo  
monte, quem etiam hodie Hageli montem voca-  
mus, ut Subditorum immineret Cervicibus, ex-  
truxerat, Hic alioguin etiam magnam in Vita-  
nos exercere solebat crudelitatem, cogebantur  
illi Semissem omnis piscatura, aucupii, et pe-  
culii quotannis Domino pendere, agrum Domini suis im-  
pensis arare et conserere, non licebat eis in agris  
profluentibus piscari, ne ligna quidem in Sylvis si-  
ne pretio colligere, pisces suos vendendi non prius  
facultas dabatur, quam Dominus ipse suos luculenter  
distra-

Hageli in Vi-  
canos Impium.

4

distraxisset, exactio-  
rum et operarum et pu-  
blicorum servitiorum modus nullus, libido <sup>domini</sup>  
ad uxores etiam et filias subditorum penetra-  
bat, si quis contra mutisset, Capitis erat pericu-  
lum. Hanc Tyrannidem, cum vix ultra decennium  
durasset, Vicani tandem perosi in Hagelum con-  
jurant, ejus trucidandi Consilium clam ineunt,  
occasionem caedis perpetranda quaerunt, quae  
admodum illis inventu videbatur difficilis: Sem-  
per enim Hagelus, qui non minus metuebat Sub-  
ditos, quam oderat, montanis se Munitionibus q̄-  
tinebat, nec unquam sui publice conveniendi co-  
piam praestabat. Solebant Vicani, quoties festivita-  
tem ejus diei qui **Divo** Joanni Baptista Sacer est,  
excitatis ignibus, tripudiis et gesticulationibus,  
suo more celebrabant, ante Arcem **Domini** sui semel  
ac iterum choreas circumducere, ipse vero **Domini**  
Vas Cerevisiae honoris gratia vicisim illis donare  
consoverat, quodad majorem gratiam invitaren-  
tur, et inter compotandum more Majorum **Domini**  
Salutem singuli singulis propinarent. Haec res  
conjuratis apprimè visa est convenire ad exe-  
quendum id quod adversus Hagelum jam olim  
decreverant. Cum dies solennis advenisset, Vicani  
omnes cum Uxoribus et liberis choreas longo or-  
dine ducentes ad Arcem ludibundi procedunt, Cho-  
reas explicant. Hagelus cum Cerevisiam de more  
praebere jusset, nihil est damni, inquit ad famili-  
ares, si quam Cerevisiae jacturam fecero, non e-  
nim in ebrietate rixis pugnis et vulneribus tem-  
perabunt, sic abunde cum delinquentes multa-  
buntur damnum compensavero. Vicani qui sub

Tunicis gladios absconderant, quam primum portam ad exportandam Cerevisiam reserari viderant, ex improvise relicta saltatione Mares omnes irrumpunt, munitionem occupant, incendunt, ac everstunt, Hagelum cum universa familia trucidant, conservata una saltem ex filiabus Prechta, quam in Matrimonium collocarunt illi, qui primus Consilium istud occupanda Artis adinvenerat; Ceterum Hagelus cum vidisset se perditum et Necem imminere, nec usquam effugiendi facultas esset, in eo mortis articulo exclamasse dicitur: *D Dantz Dantz* | id est quod Germani tripudium vel saltationem vocant: | quam foede me perdidisti. Hinc existimant huic Vico Nomen primo datum, ut *Dantz* vult hoc est *Tripudii Vicus* appellaretur, quod factum cum peregrini, qui eo commeari solebant admirati essent facile deinceps nomen illud amplexi sunt, et alibi divulgaverunt.

Alia Opinio de Hagelo. Hanc Historiam alii paulo aliter narrant, nimirum conjurationem Vicariorum inde tandem orta esse, quod Hagelus Scultetum seu Praefectum Viti temere trucidasset, ubi furm Hagelus, qui insidias sibi parari senserat, animos Subditorum sibi reconciliare voluisse dicitur, remisit ad tempus oneribus, exactionibus et Vectigalibus, imprimis autem ut interfecti Sculteti cognatos emolliret, filiam suam natam omnimam, nomine Prechtam interfecti filio Helge despondisse. Transacta res est, conjuratio uti videbatur extincta, Vicari offensio-nem omnem remisisse existimati. Ubi nuptiarum

5  
dies advenit quo solenne erat, ut sponsus cum  
propinquis et Agnatis ad sponsam iret, eamq̄ solen-  
niter ex domo Parentum ad Nuptiarum locum  
in Vico publicè constitutum deduceret, Hagelus  
nondum satis etiam Vicariis fidens, et ideo Spon-  
sum cum Amicis admittere detrectans, postulat  
ut mater saltem Sponsi cum Selectis aliquot Vir-  
ginibus et Matronis ex Arce sponsam accerseret,  
sepe statim ubi cum aulicis semel atq̄ iterum in  
Sponsalium honorem choreas duxisset, illas si-  
mul cum sponsa remissurum. Vicariis hoc acce-  
pto non tam egre remferentes novam ab Ha-  
gelo peti, quam quod nondum satis placato i-  
pro uti sese posse dolerent, interim etiam vete-  
rum ac recentiorum injuriarum recordantes,  
Consilium ex tempore capiunt Hagelo perniciosum.  
Respondent modestè se Dno gratificaturos pulcher-  
rimas quavis puellas et matronas exornant, quæ  
sponsam accersant, in extremo agmine Adolescentes  
aliquot robustos Virginali habitu indutos, gla-  
diis subter Vestem reconditis, tanquam Ancillas  
et pedisequas constituunt. Hoc ordine Arcem in-  
grediuntur. Hagelus nihil mali suspicans agmen in-  
trimitit, Sponsam producit, unam ex puellis, quæ  
pra cæteris illi placebat, manu prehendit, Salta-  
tionem incipit, idem faciunt Aulici, atq̄ adeo Mini-  
stri omnes. Vix dum Choream inceperant, Adolescē-  
tes Vicariis ex improvviso gladios expediunt, repente  
facto Hagelum et cæteros obtruncant, ubi jam mo-  
ribundus ille, de tripodii prodicione, ita uti su-  
pra dictum è, fert exclamasse.

Unde Appella-  
tio Vici  
Dantiscus.

Ut ut sit, eodem res utrimq; redit, in quo pleriq; con-  
sentunt Hagelum propterea Tripudii vel Salta-  
tionis in eas insidias incidisse, atq; inde Vico No-  
men adcrevisse.

Alii hoc etiam addunt, Helga ab Amicis Hageli  
vicisim truncatao Prechtam Vandalorum cui-  
dam Principum nupsisse, cui Dantiscus Nomen  
fuerit, atq; inde Civitati nomen ejus impositum.  
Sed hoc nullo quod ego sciam aliorum scriptorum  
exemplo probatur. Sunt qui affirmant Danum  
quendam seu Natione, seu saltem appellatione,  
Pyratam insignem, mare Latrociniis infestare  
et predae in hunc portum seu maris finem con-  
vectare solitum fuisse, et ab eo Vicum illum,  
quasi Dani receptaculum a Nautis vulgo appel-  
latum. Non desunt qui existiment, loco nomen  
inditum, ab abiete pro alta arbore [Germani  
Tanne vocant:] quae in litore maris introitus  
ubi finis inflectitur consistit, Nautis signum fuit,  
Helam promontorium circum navigantibus, quo  
recta versus Vicum vel portum vela facerent.

Alii scribunt a Dano Danorum Rege Vicum  
conditum et appellatum, quod non minus ab-  
surdum est, quam illorum Sententia, qui Gedani  
Appellationem ex Getis et Danis, nulla res addita  
rae vel Historia componunt.

Ceterum ex his Opinionibus sequatur quam quisq;  
volet, equidem à Vero non alienum arbitror, Vi-  
cum à Danis nomen accepisse, vel quod ii locum  
navigis primum frequentaverint, vel quod Da-  
nis Piscatoribus habitandi locus à Caspatorum  
Principibus ibi primum sit concessus. Divinimo  
legi-

legimus, Regem Danorum Valdemarum bello cum Vandalis gesto huc trajecisse et hanc Pomerania oram partim devastasse, partim etiam in potestatem suam redegisse. Itaq, fieri potuit, ut ex Danis suis eam quasi coloniam hic reliquerit, fortassis etiam munimenti causa Arcem qstruxerit. Sed non tantum est momenti in supstitiosa nominis perscrutatione, quam in rebus ipsis gestis, quas deinceps psequemur.

Post occisum Hagelum hujus territorii Gaum, ad Casubiorum Principes, qui ex Polonorum Ducum familia oriundi traduntur, devenit, qui deinde vicum hunc in civitatis formam redegerunt, ex iis Principibus Subislaus Bugislaifilius, qui vixit Anno Christi 930. Depos, qui primus ejus gentis Christi fidem amplexus est, Olivense Monasterium condidit, Anno Salutis Millesimo Centesimo Septuagesimo, uno nunc miliarium a Gedano versus mare distitum, multis beneficiis, praediis ac redditibus ornatum. In quo etiam exuvia defuncti Conditoris Subislaui sunt humata.

Hic Subislaus cum animadverteret, Vicum istum Gedanum Monasterio perquam commodum esse, propter piscium et conmeatum frequentiam et utilitatem, imprimis propter maris Viciniam, pagum autem dispersum, neq, contra hostiles irruptiones satis munitum, Arcem primus vel construxit, vel jam antea constructam munitiorem reddidit, postea de constituenda civitate vel oppido, vel potius de commutanda Vici Conditione in civitatis formam cogitare cepit. Ubi laudatissimo Principi idem Usu venisse scribitur quod in

Historia  
Didonea.

Conditione Carthaginiis olim accidisse perhibetur. Convocatis enim omnibus Vicis istius Incolis, incommoditates enarravit, quibus essent expositi quod sine munitionibus degerent, addens non posse incrementum sumere ullum vel Vicum vel Civitatem ullam, nisi munitiones sint, quibus se suam Incola à Vicinorum injuriis defenderent, hortatur ut locum circumspiciant in agro Vicino ad Civitatem condendam, ubi velint, ejusque ambitum quantum voluerint complectantur, aedes sibi quisque construat, se liberaliter locum concessurum et Civitatem fossa et ligneo septimento suis sumptibus muniturum. Addidit immunitates quasdam, et alia beneficia, quibus Jus Civitatis et Magistratus Civilis auctoritas intereretur. Placuit Vicinis Principis sui Sententia, spacium condenda Civitatis ex agro Principis tantum petunt, quantum ipsi brachiis suis circumplecti possent. Mirum id primum Subislaso videri, mox etiam ineptam petitionem irridere, tandem cum nihil amplius cuperent annuere. Illi ad conditum diem conveniunt omnes cum Uxoribus, liberis, servis et Ancillis, mutuo sese manibus implicantes, quoad quisque brachia longissime extendere poterat, locum quem delegerant, in circuitum tripudiantes complectuntur, quem <sup>cum</sup> Subislasus Civitati condenda satis amplum judicaret, aedificiis extruendis designavit. Hoc primum fuit initium Civitatis Gedanen<sup>s</sup> satis tenue. Verum à vivente Subislaso Civitas penitus exstructa sit, an opus ab ipso ceptum à filio consumptum, vides dubitari.

Habu-

Habuit Lubislaus fratrem Mestringum et filios  
 tres, Samborium, qui Patri in Principatu succes-  
 sit, sed non diu Superstes fuit, alterum Mestvinum  
 Gedanenfiurn Duum, tertium Svantepolcum. Hu-  
 ic Mestvino à pluribus tribuitur Gedani Conditio  
 eo maxime argumento, quod is primus quasi  
 novæ ditionis principatum Civitatis Gedanens  
 dominium titulo suo adiecit, quod manifestè  
 apparet ex Privilegio Monasterii Succovien quod  
 anno MCCIX. scriptum est his inter alia ver-  
 bis: Ego Mestvinus Dei gratia Princeps in Gdansk  
 omnibus Christi fidelibus & cum consensu fili-  
 orum Nostrorum, videlicet Svantepolci, War-  
 tislai, Samborii, Ratiborii, simul Uxoris nræ  
 ad Clausuram Sanct. monialibus Beatae Ma-  
 riæ famulantibus damus in Villis in Campis &  
 usq; ad terminos Castri Gedanens, et quadragin-  
 ta marcas, tertiam partem telonei quod datur  
 ibidem de Panno, et quadraginta marcas sup  
 tabernis in Danzig &. Ex quibus verbis apparet,  
 hoc Mestvino Casubius imperante Civitatem Ge-  
 danens jam fuisse conditam, vel certè non multo  
 prius et recentissime circiter annum Christi  
 1200. Sed exiguo primum ut apparet splendore.  
 Fuisse tamen aliquas negotiationes ex eo colligitur  
 quod Teloneum de pannis ibi Principi pendi soli-  
 tum fuerit.

1200.  
vel circiter

Gedanum igitur primum Civitas esse cepit, circiter  
 ea tempora, quibus Ordo Marianus in Palestina  
 cepit, quo etiam tempore veneti et Franci Con-  
 stantinopolim, ab Imp: Isaacio Angello occuparunt,

Gedanens li-  
 vitatis inci-  
 pium.

cum foil. Imperator Henricus Sextus vel ejus  
Successor Philippus rerum Romanarum potiretur,  
Celestino vel Innocentio Tertio Pontificibus, cum  
Philippus Augustus in Gallia regnaret Alphonsus  
Octavus vel Nonus in Hispaniis, Emericus in Un-  
garia in Polonia Casimirus Secundus, in Anglia Ri-  
chardus primus, Canutus in Dania. Duo ipso tem-  
pore etiam Changius Can, quem Vulgo magnum  
Chan vocant Tartarorum Monarchiam auspi-  
catus est, seculo certe florentissimo et magnarum  
rerum gestarum memoria celebratissimo.

Mestwini  
Obitus.

Mestwinus Anno Salutis 1200. eodem ferme tem-  
pore, quo Mariani fratres in Prusiam expedi-  
tionem susceperant, vitam cum morte commuta-  
vit, quatuor filiis Superstitibus, quorum Natu ma-  
ximus Swantepolcus, es illustrior extitit, quod  
suppetias tulit fratribus Marianis Cruciferis  
contra Prutenos Pomeranos cujus auxilio Crucife-  
ri anno 1234. ingentem hostium illorum multi-  
tudinem prostraverunt, ejus Fratres Sambori-  
us tam hostili fuit in ordinem animo, quam  
ille se beneficium ordini prestitit. Tertius  
Mestwini Filius fuit Ratiborius, Quartus Var-  
tislans, qui ambo peregrinantes obierunt. Var-  
tislans memorant Vischegradii decessisse et  
Uladislavia sepultum esse.

Swantepol- Porro Swantepolcus Mestwini filius ex Uxore  
cus. Salonien Ruthena duos genuit filios, Mestwinum  
et Vartislans. Mestwinus Monasterium Pel-  
plinens condidit anno 1274. Uxorem duxit Fol-  
cam Mo-





8

cam Monialem ex Stolpensi Coenobio in Matri-  
monium adscitam, ex qua cum liberos non haberet,  
Successorem sibi Testamento delegit Premislaum Du-  
cem majoris Polonia, qui postea Rex fuit, sed is eam  
Pomerania Partem, qua à Mestwino obvenerat,  
non diu retinuit, quod et Mestwini fratres ac Patris  
plurimum, non nihil etiam Mariani Cruciferi  
paulatim ad se pertraherent. Quamquam et ipse  
Premislaus et ejus Successores non semel Pomerania  
armis rursus subjugare infecta re conati  
fuerint. Hic Mestwinus obiit supremum diem  
anno 1295. Id. Calend. Januarii in Oliventi Mo-  
nasterio sepultus.

Mescingus, cujus supra mentionem fecimus, Su-  
bislai frater eo defuncto, Principatum Pomerania  
ad se pertinere rebatur, eumque per vim occu-  
pare contendebat. Id animadvertens Tertius Su-  
bislai filius Swentopolcus, dominandi et ipsemet  
maximè cupidus Mescingum Venis sustulit. Hic  
est ille Swantepolcus, de quo tam multa in Chro-  
nicis Prutenicis tam fortiter quam subdole con-  
tra Marianos perpetrata gesta, predicantur.  
Qui et Cassubiam tandem Fratribus et eorum Fi-  
lius à medio sublatis vel pulsis, occupavit à Ja-  
nuario Premislai Praefecto, ducta in uxorem e-  
jus filia, eaque ratione post Pomerania totius  
Principatum affectare cepit, et Lestum album  
Polonia Regem Pomerania Annulum in Balneo  
per insidias deprehensum obtinuit. De cujus  
rebus gestis plura suo loco deinceps erunt com-  
memoranda. Hic Monasterium Gedanen<sup>s</sup> Domini-  
canorum in honorem Divi Nicolai, in campo ex-

Filii Sven-  
topolci.

tra Civitatis portas, quod nunc ferme in medietate  
Civitatis Lituro cernitur, Anno 1227. extruxit. Mor-  
uus est anno MCCXXVI. tertio Idus Ianuarius  
cum esset Annorum 97. et in Olivend<sup>o</sup> Monasterio  
sepultus est. Quatuor reliquit filios, Nestvinum  
Ducem Stolpensem, Samborium Ducem Meuensem,  
Vartislaum Ducem Dersoviensem Dnum in Gedano,  
à quo Civitas et Arx Gedanens<sup>is</sup> ad Marianos à quibus  
ille adoptatus erat translata quidem sed non sta-  
tim tradita est, et Ratiborium, qui et ipse cum  
hereditate sua ordini allectus est. Hi quos dixi-  
mus, legitimi fuerunt Dni Civitatis Gedanens<sup>is</sup> à  
principio ortus ejusdem, quamquam et Poloni in-  
terim de ea decertaverint, uti in Historia pro-  
gressu demonstrabimus, donec in Marianorum  
potestatem devenit, et eorum tandem excusso  
jugo, quod immaniter et avare nimis imperi-  
tarent, una cum ceteris Prusie Statibus, quibus  
nunc adnumeratur, in Regum Polonia fidem  
sponte concessit. Enim verò qui ante Subislaum vel  
Hagelum his in locis rerum Status fuerit difficile  
est conjectari, ne dum ut certi quidpiam affir-  
mari vel describi possit, unius rei argumentum  
afferam, locum hunc maritimum pluribus retro  
seculis habitatum cultumque fuisse. Etenim eta-  
te superiori, quod à fide dignis hominibus accepi,  
in monte Vicino, quem Vulgo ex Ethnicorum I-  
dolorum cultu dnm *Wrijdruborg* appellant, ossa  
humana testis inclusa, ac ibidem solerter con-  
dita, et Sepulchrorum etiam antiquissima Ve-  
stigia sunt reperta. Numismata etiam superio-  
ribus annis per homines curiosè ea loca riman-  
ses, non

tes, non unius generis inventa sunt, sed ignota plane et mirabilibus Characteribus et literis insignita, quae rei antiquitatem satis demonstrant. Ex quibus monetae genus tam aureum quam argenteum his Characteribus **CTIPVS** cum inscriptione plane obsoleta inventum. In quibusdam nummis effigies cernitur Regina quasi Vetula, in altera Nummorum facie manus est extensa et plana inter hos characteres media  . sunt etiam nummi paulum in partem modum inflexi, in centro hanc crucis formam habentes . inventi sunt alii, qui in uno latere effigiem gerant Reginae Coronatae, post Caput Sagitta est, pro facie hic character, quasi Mercurii Signum  ad Sagittam haec scripta sunt literae **LECIPORVS**, pro facie autem Reginae **CRASSIVRA**. in altero latere pictus est cantharus fuscus et trophaei signum, circumscriptio propter vetustatis obliterationem legi non potest. Alii sunt nummi, qui in una facie Regynam habent Coronatam cum his literis **CESTIANVS**. in altera facie feretrum cum homine superposito, circumscriptio obsoleta legi non potest. Et aliae nummorum formae plures ibidem repertae sunt, de quibus ideo dicere superse demus, ne in rebus nimium vetustis et extra cognitionem Nummariam nunc positae nimium curiosi videamur.

Ceterum quod a primordio Civitas non priusquam ducentos circiter Annos duraverit, ea procul dubio Causa est, quod continuis bellorum motibus afflictata, debilitata et convulsa est, sic ut interdum vix respirandi Spatium habuerit. Nam post primam Conditionem non ita diu quiescit

permansit à Swantepolco penitus eversa et com-  
busta, Deinde A<sup>o</sup> M. Ducentesimo LXX. vix ex qui-  
nis et cineribus restaurata, et appellata die Jim,  
go Stadt, extra cujus portam Civis Templum condi-  
derunt in honorem omnium Angelorum, quod eti-  
am hodie visitur, mox à Marianis Cruciferis ite-  
rum diruta, et ad priorem Viti s. Pagi formam  
reducta est. Neq; diu post circiter annum 1311. à  
Magistro Sigfrido, in eum ubi nunc sita est locum  
translata, ac demum A<sup>o</sup> 1343. Civitatis instar mu-  
niri cepit, Sabbatho ante Dominicam Letare fū,  
lamentum factum est Templi primarii Divo  
Mariae, sequenti die luna moeniorum. sed vix spi-  
ritum recollegerat novis jam auspiciis confiden-  
tior, cum novo anno post maxima et inaudita  
peste grassante ita contabuit, ut Civibus partim  
morbo consumptis, partim fuga salutem qua-  
rentibus, memoria proditum sit, Civitatem  
spatio trium mensium suis Incolis abominabile  
et habitatoribus omnibus vacuam fuisse. Et  
quamvis demum melius aliquanto habere ce-  
pit, tamen is fuit Marianorum Cruciferorum  
Dominatus, quod egre Civitas haec ita emer-  
gere potuerit, ut aliae, quae liberiori Imperio  
fuerunt obstricta. Ipsa certe docet experien-  
tia, Civitatem hanc ab eo demum tempore ad  
splendorem, magnitudinem et opes, quibus no-  
stra aetate floruit pervenisse, quando expul-  
sis fratribus Marianis, Incolis se Polonia Regi-  
bus subiecit, de quibus omnibus suo loco dicetur  
accuratius. Nunc locus postulat, ut Urbis si-  
tum bre-

tum brevibus explicemus.

Sita est hodie Urbs Gedanens in utraq; ripa Motlae fluvii, qui duobus pontibus intra Urbem jungitur, et o-  
 procul infra Urbem in Vistulam exoneratur. Urbs  
 triplex, vel ex tribus quasi Civitatibus constans, unis  
 nihilominus muris fossis et Vallo exterius circum-  
 septa. Quarum una primaria dicitur, ubi et sum-  
 mum Imperium et Reipublica administratio est, quae  
 à Montibus adversis, ab alta porta incipiens, rectis  
 plateis ad Motla ripam descendit, et paulatim se-  
 cundum fluvium intra meridiem et orientem pro-  
 tenditur. Ubi autem fluvius pontibus transitur, in  
 adversa ripa ut plurimum sunt apotheca frumen-  
 taria five Granaria, et deinceps perpetuus tractus  
 Suburbium, quod hortos longos vocamus, ad meridiem  
 longo domorum et hortorum ordine excurrit, Vetus  
Civitas ab altero latere Septentrionem versus ma-  
 re respicit, interius fossa et muro à primaria Urbe di-  
 stincta, exterius Vallo et fossa egregie communita.  
 Tertia quam Suburbium vocant, manibus et Vallo  
 separationem inclusum, et fossa duplici à primaria  
 Urbe diremptum ad occasum protrahitur adverso  
 motlae fluvio. Dextro autem latere Rodanus fluvius  
 sub radicibus Montis Episcopalis recta praeterfluit,  
 et sinuato cursu circum novi aggeris munitiones supra  
 fossas alveo lapideo per Veterem Civitatem labitur,  
 et Molendinum celeberrimum praetervectus, in  
 Motlam quae in primo ingressu Sinistram Suburbii  
 partem alluit post extremos Civitatis muros sese  
 ingerit, sic ut Veteris et primariae Civitatis potiores  
 partes his duobus fluvio in onorem Insulae cingantur.  
 Urbs ipsa vulgo Prussia adnumeratur, et cum ipsa Prus-  
 sia ad Poloniae Sceptrum accessit, et nunc pars est Con-

Urbis Situs.

Primaria  
Civitas.

Granaria.

Vetus Ci-  
vitas.

Sub Urbium.

Rodanus.

Molendinum.

filii Prussiae publici, sed si Geographia rationem  
inspicias, sita est in ultima Pomerania parte, quae  
hodie Pomerelliam, quasi dictam minorem Pomeraniam  
appellant, quae à Prussia Vistula fluvio dirimitur,  
et hodie cum ipsa Prussia ad Poloniae Regnum perti-  
net. Prussia enim ita proprie determinatur, ut in-  
ter Vistulam Derranciam, Oyam et Memelam flu-  
vios concludatur, et ab oriente respiciat Lithvani-  
am, à Meridie Poloniam, à Septentrione Livoniam  
et mare, et ab Occidua parte Pomeraniam Vistula  
interluente, sicut Gedanum in Pomeranica ripa con-  
sistat. Circa Urbem solum est fertilissimum et ame-  
nissimum, fluviorum et Camporum Commoditate  
maxime conspicuum. Plagam orientalem ornat

Vistula flu-  
vius.

fluvius Vistula, qui à Carpathicis montibus situm  
trahens, majorem et minorem Poloniam intersectat,  
inferius Prusiam à Pomerania dirimens, uno alveo  
in lacum Habum versus orientem, Altero secundum  
Septentrionem labens uno infra Gedanum milliari  
in Mare Balticum effunditur, dictum est Mare

Mare Bal-  
thicum.

Balthicum à Balthia peninsula septentrionali  
maxima, nunc Scandia est, quae tria complectitur  
Regna Aquilonaria, Daniam Sveciam et Norwe-  
giam. Hoc mare à faucibus Orisfundensibus per-  
petuo tractu, inter dicta Regna, et inter littora  
Vandalica Pomeranica Pruthenica et Livonica  
concluditur, Septentrionalibus Commerciis ma-  
ximè accommodatum. Ad inferius ostium Istu-

Propugnaculum  
Mindanum.

Laternia.

la propugnaculum ad servandam Maris custo-  
diam, à Senatu Gedanensi constructum, et egregie  
communitum est, ubi et lucerna hyemali tempo-  
re quae

re, quæ ex mari eminens conspicitur, Nautis si-  
 gno proponitur, ne portum subeuntes incauti ad  
 litus impingant. Ab ostio Vistula Insula Neringa, Neringia.  
 quam Divus Casimirus pro maximis erga se meri-  
 tis Gedanensibus dono dedit, versus orientem Vigin-  
 ti circiter Miliaribus excurrit, piscatura, autu-  
pio, Venatione per commoda, sicut à Septentrio-  
 ne Mari Baltico, à meridie lacu qui ex eo resta-  
 gnat, quem Habum appellamus, claudatur, in cu- Habus.  
 jus adverso litore Territorium est Elbingen et  
 Varmien et porro Prusie Ducatus. A meridie Ci-  
 vitas habet amenissimos Campos, Montes plane  
 nullos et Insulam, quæ inter Itulam et Nolla Insula minor  
 sita est, ad Civitatis Dominium pertinentem, quam Werder.  
 hodie minorem vocant, ad Differentiam majo- Insula major.  
ris Insula Vicina, quæ à Vistula et Noyato fluvio  
 includitur, frumento et re pecuaria fructuosissi-  
 mam. Ad occidentem Urbs Montes respicit, o- Montana.  
 blivo ad Septentrionem tractu, Villis et Pagis et  
 aliis ædificiis cultos et egregie exornatos, qui pau-  
 latim perpetuo dorso juxta Civitatem mare ver-  
 sus protenduntur in quorum radicibus in ipso  
 Urbis conspectu horti amenissimi pulcherrimis æ-  
 dificiis instructi, instar Sub Urbiorum protrahunt,  
 et omnem eum tractum, qui in Conallibus est, ex-  
 ornant. Excurrit etiam ad occidentalem plagam  
 ab utraq, Rhodani Ripa Suburbium, cui vulgus no- Schotlandia.  
 men à Scotis ibi fortassis primurum habitantibus in-  
 didit, cujus major pars ad ditionem Episcopi Ula-  
 distavien pertinet, et hodie ob odorem lucri gratis-  
 simum Hollandorum hospitio et diverticulis in Ci-

vitatis pene formam tam adificiorum magnitudi-  
 ne, quam mercatorum et opificum frequentia red-  
 actum est, cum insigni scilicet præjudicio et fatali de-  
 trimento Civium Gedanensium, nec non in publici juris  
 fraudem maximam, quo cautum est, ne intra  
 quintum miliare prope Gedanum circum quævis  
 Arx vel Civitas extruatur aut habeatur. Sed quia  
 sacrificulis istis omnia nunc impune licent, ut pote  
 quibus etiam Coelum venale habetur, Gedanenses ha-  
 ctenus in eam rem bona cum gratia Jus suum ob-  
 piscopi præsertim invidi impotentiam consequi  
 nequiverunt. Hæc de situ Urbis et Vicino territo-  
 rio dicta sufficiant.

Urbis primaria. Intus Urbs primaria egregis et splendidis adificiis  
 Adificia. publicis et privatis passim exulta est, intra pau-  
 cos sane annos, quibus Vicinis et longinquis naviga-  
 tionibus in Septentrionem et occidentem, et maxi-  
 ma plurimorum Commerciorum exercitatione  
 ad eam amplitudinem, quæ nunc conspicua est,

Templum Pa- rochiale Ma- tianum. Umbilico primaria Urbis situm est, adificiū splendore  
 et magnitudine omnij sacro ornatu nulli Secun-  
 dum. Inter cætera opus ibi conspicuum est, ad usum

Baptistarium. Sacri Baptismatis, et Orichalci metallo eleganter et  
 magnifice magno sumptu splendide fabricatum.

Templum D. In extrema Urbis parte versus Moslam Templum est  
 Johannis. Divo Joanni consecratum, et sursum versus Mona-  
 Monaster. Do- minic. sterium Dominicanorum à Sventopolco Divo Nicolai

Prætorium. honori adjectum. Prætorium vero non minimum  
 est Civitatis Ornamentum, illa præsertim turri g-  
 spicuum, quæ Horologium cum insigni opere Musico,

Horologium Musit. quo o-

quo omnis generis Cantilenas Campanae artificiosè  
 imitantur, constitutum est, quod merito miratu-  
 lum Europa dixeris. Nec inde procul Basilica Regis  
 Arturi cernitur splendide exornata, ubi Mercatores  
 licita Conventicula exercent, et de omnis generis  
 mercibus Conventiones, Sponsiones Contractus inire  
 consueverunt, utile ab initis institutum, nisi quod  
 non ita pridem nimis perpotationibus et aliis  
 rebus indecentibus ceperat commaculari. Inve-  
 teri Civitate Templo sunt constituta Divis Catha-  
 rinae, Bartholomaeo, nec non Coenobia Divae Eliza-  
 bethae, et Sancti Spiritus, et S. Jacobi, pro Nautis  
 aegrotantibus. In Suburbio quae tertia Civitas cense-  
 tur, Templum colitur DD. Petro et Paulo Apostolis  
 dedicatum. Fuit item Monasterium ibidem  
 S. S. Trinitatis nomine insignitum, quod ab ejus fra-  
 ternitatis Monachis Anno MD. Spectabilis Sena-  
 tus redemit, et in eo celebre Gymnasium erudi-  
 endis pueris, Civium praesertim filiis, per commodum  
 liberaliter constituit. Templum ibi nihilominus et  
 Concionibus et ritibus sacris peragendis usurpatur,  
 ibiq; duae sunt Cathedrae ex quarum altera Germa-  
 nice ex altera Polonice Populus docetur, Permulti e-  
 nim Poloni utriusq; Sexus in hac Civitate conversan-  
 tur, cum quod assidue merces ex Polonia, frumen-  
 tum, tabulas ligneas, cineres, picem, ceram, et ali-  
 as secundo flumine huc convehunt, tum quod plu-  
 rimi ejus gentis huc confluent, qui eas operas ex-  
 ercent, quae ad Negotiationes et Navigationes ex-  
 pediendas sunt necessariae, praeter servos utriusq;

Basilica Arturi.

Templo Ve- teris Civita- tis.

Sexus Domesticos, Civibus operas ex locato plerumq;  
prestantes. In eo etiam suburbio, quos Hortos Lon-  
gos vocari diximus, Templum Divae Barbarae Sa-  
crum habetur. Omnium Templorum, excepto Cathe-  
drali primariae Urbis, quod Rex Poloniae sibi reser-  
vavit, patrocinium et gubernatio penes Senatum  
consistunt. Religionem hodie Gedanenses profite-  
tur eam, quae Augustanae Confessionis Doctrina q̄-  
tinetur, complures annos jam tacita potius in-  
dulgentia Regis Sigismundi Augusti, quam ulla  
aperta concessione, ex Papatus idolat<sup>ia</sup> ad verum  
Dei cultum perducti. Ista Religio in omnib; tunc  
Templis celebratur, Ergastulis saltem Monacho-  
rum et Monialium exceptis, inter quae precipu-  
um habetur Dominicanorum, quod vulgo nigrum,  
et honestis hominibus merito vitandum vocat,  
Leonum et Scortorum frequentia, qui turmatim  
ad Religionis scil. Ergo circumhabitant, adeo ce-  
lebre, ut jam pridem in proverbium abierit,  
Scortum ad nigros Monachos, ut plurimum e-  
nim Monasterio lupanar~~um~~ proximum est.

Quod Ergastulum praeter Cynoedorum gregem an-  
tiquitus receptum, nunc etiam IESV Christi hostes  
et sua ipsorum Religione merites conspurcarunt,  
ac quoniam superioribus annis varia tentata fue-  
runt, quibus artibus Pontificia Blasphemia in pri-  
marium saltem hujus Civitatis Templum, quod Re-  
gis est proprium, reduceretur Christus tamen Sal-  
vator noster, rebus etiam angustissimis et difficil-  
limis noluit hactenus Ecclesiam hanc suam genu-

ini sui Verbi predicatione fructuq, defraudari.

Quinimo Regi Clarissimo Stephano, qui nunc rerum  
potitur, cujus auspiciis, quippe qui et ipse Pontificia  
Religionis more majorum est observantissimus, exi-  
stimabant Pontifici et Sacrificuli, facile se Reli-  
gionis mutationem aliquam consecuturos, eam  
divinitus mentem indidit, ut publico et clarissi-  
mo diplomate, quod hactenus ab Antecessoribus Regi-  
bus nullis pactis, donis, muneribus, obsequiis obtine-  
ri potuerat, Usum et Riturum Augustana Confessi-  
onis liberum et securum in omnibus Templis  
confirmaret.

Restat ut de Reip: Statu, qualis est hodie, non-  
nihil ostendamus. Urbem partim optimates par-  
tim populus gubernant, Summum in Republica  
locum obtinet Burggravius, qui ab eo tempore, quo  
Civitas infidem et Clientelam Regum Polonia con-  
cessit, Regis vices obtinet in Causis iis, quae vim et san-  
guinem ac Capitalia Iudicia concernunt, is quotā,  
nis ab ipso Rege, ex octo Consularibus Viris, quos Sena-  
tus nominat, deligitur, ac nihilominus officio suo in  
Senatu obeundo aequè ut ceteri fungitur. Senatus  
more nostro constat octodecim Viris prudentibq  
|: quāquam antiquitus viginti quatuor, et inter-  
dum plures conscripti fuerunt: |: ex quibus quatuor  
Proconsules, vel rethius, ut in literis antiquioribq  
legitur, Praeconsules, qui per Vices annuas singuli  
Rempublicam administrant et Consilii publici  
Praesides sunt, ita ut semper quilibet Successorem

Reipublica  
Status.

Burggravius.

Senatq.

suam habeant laboris et regiminis, ubi res postu-  
let, soium. Ceteri Consules, vel Consiliarii, vel  
Senatores appellantur. Hi res et rationes Civita-  
tis tractant. Ex iis Quætores, Prætores, ædiles,  
Censores, et alii Magistratus, qui variarum rer-  
curam gerunt, quotannis designantur. Ad Sena-  
tum ab omnibus Iudiciis, omnibusq; Magistratibus  
Civilibus, à Senatu porro ad Principem in Causis  
Civilibus est provocatio. Atque in veteri Civitate  
peculiare Consilium est quing; Virorum, qui ibi  
Jurisdictionem suam exercent, sed hi primario  
Senatui subsunt, eiq; cognitiones suas submitunt.  
Asidet etiam per vices ex illis unus Consilio  
primario. Post Senatum Jurisdictionem exer-

Scabini.

cent Scabini in primaria et veteri Civitate. Hi  
sunt Iudices rerum tam Capitalium quam Civilium.  
Controversiarum, utrobq; numero duode-  
cim constituti, quibus ex Senatu suo prætor p-  
ficatur. Scabini ex præscripto Juris Culmenis  
quo utimur in Iudicium Numero sunt perpetui,  
nisi quem mors subtraxerit, vel suffragia in  
Senatum legerint: nam ex Scabinis Consules  
vel Senatores adleguntur: vel infamia revo-  
verit. Aliis enim modis quæcumq; sese abdicare,  
non absq; pudoris Sugillatione factum memini-

Iudicium Cen-  
sorum.

mus. Aliud præterea Iudicium est Censorum,  
quod ad Executionem Juris Civilis et Plebis cito-  
rum constitutum est, cui præsent Senatores  
duo, Cives quatuor. Ab his Iudicibus, uti à cæteris  
provo-

provocatio est ad Senatum, non autem potro ad Regem. Sunt enim certa causa, in quibus merum Imperium habet Senatus, nec ob prerogativas specialiter indultas provocationem recipit. Primum in omnibus causis Criminalibus et injuriarum more Majorum nulla est provocatio, deinde in negotiis ad Legem Rhodiam et rem Nauticam pertinentibus, tertio in causis ad Executionem Plebiscitorum et Judicium Censorium spectantibus, tum in causis Colonorum et paganorum, qui Civitati hereditario Jure subsunt, deum etiam in controversiis Civilibus, quae summam duingentorum floren non attingunt. Et talis quidem est Aristocratio nostra Status. Ceterum quod ad Democratiam spectat, quoties res graves incidunt, quae universum Civitatis Statum vel Rempublicam concernunt, aut in quibus vel consultandis vel expediendis major aliqua difficultas versatur, quam Senatus sua solius Authoritate confici posse existimet, Ordines Civitatis in Consilium eunt, et quod ex re presenti videtur statuunt. Ordinum nomine censentur, Senatus Scabini et centum viri Civitatis primaria, quibus Seniores quatuor praecipuorum Contuberniorum, utpote Lanionum, Pistorum, Fabrorum et Sutorum intermixti sunt. Hos quoties vult Senatus convocat, sic ut rebus in Consilio propositis, tres Ordines, tres ferant Sententias, ita quidem ut centum viri, qui totius Populi plebisve vices obeunt,

Causa in quibus non licet appellare ad Regem.

Consilium Ordinum.

quatuor partibus distincti sint, qualibet autem  
pars quaternos tribunos habeat, qui per Vices suffra-  
gia colligant, si qua causa est, quam Senatus Scabi-  
bini et Centum Viri simul approbant, id Decretum  
est publicum, cui contradicere vel repugnare sub  
poena Capitis fas non est. Si vel Senatus vel Scabi-  
ni vel Centum viri Sententia non suffragentur,  
ex Consilio communi nihil decerni potest. Ea nihilo-  
minus adhibita moderatione in Centum viro-  
rum ordine, ut si duo saltem quadrantes cum Sena-  
tu et Scabinis in unam eandemque Sententiam pe-  
dibus eant, quantumvis dimidia pars illorum  
dissideat, vel secessionem faciat, nihilominus De-  
cretum illud publicum sanctum et ratum ab  
omnibus habeatur. Insuper Ordinum distin-  
ctio et Consiliorum ratio primum à Divo Legis-  
mundo Rege constituta est, uti suo loco futurus  
D. O. volente demonstrabitur. His ita premis-  
sis illud etiam non abs re videtur addendum,  
Urbem Gedanensem etiam Consilii Terrarum  
Prussiae publici membrum esse, quamquam ex infimis,  
tamen quod ipsa res sepius docuit, ad operam Pa-  
triae prestandam non ex novissimis. Consilium il-  
lud Prussia optima ratione à majoribus institutum  
est eo proposito, ut de Republica Pruthenica ra-  
tionibus, bis in Anno Conventus haberetur, quod etiam  
hodie durat more scilicet majorum, quantumvis ea  
libertatis ratio saepius variis machinationibus in-  
terpellari conserverit. Consilio praesidet Episco-  
pus Varmien<sup>sis</sup>, cui assident Episcopus Culmenfis, Tres  
item

Consiliariaty  
Prae

item Palatini, Culmen Mariaburgens et Pomera-  
nia, Tres Castellani Culmen, Elbingens et Gedanens,  
Succamerarii tres earundem Provinciarum, atq; haec  
duo non Imperii sed dignitatis saltem st nomina. Ci-  
vitates item tres majores, Thorunium, Elbinga et Ge-  
danum. Hi sunt Consiliarii tam Terrarum Prussia  
quam Regni Polonia, et idem Jus habent in eligendo  
Rege et in Regni Comitibus, quod habent Consiliarii  
et Optimates Polonia. Praeterea sunt in Consilio  
Prussia minores Status, qui Nobilitatis vel Equestris  
ordinis et minorum Civitatum Suffragio continentur.

Hec summatione nunc et in genere saltem obiter  
de exordio incrementis et universa Republica  
Civitatis Gedanens dixisse sufficiat. Caetera suo lo-  
co secundum ordinem historia melius erit come-  
morari. Sed priusquam ad reliqua pergamus, il-  
lud quod ipsum etiam ad Republica formam p-  
tinet, opere pretium erit, ut enumeremus Ma-  
gistratus, hoc est Burggrabios Praesules Senato-  
res et Scabios, quorum nomina extant ab annis  
circiter ducentis, nam q; ultra eam memoriam  
fuerint, nescimus, utpote hujus Urbis Rectores,  
et Republica gestores, quorum nomina et memo-  
riam obliterari, humanitas et Civium amor erga  
moderatores suos nequaquam committat. Verum in  
commemoratione Burggrabiorum illud interim a-  
nimadvertendum venit, quoniam fit ratio, quod  
ab initio ferme uni aliquot annorum Imperium  
continue permisum fuerit, cum aperte Privilegi-  
um disponat, in singulos annos novum eligendum

Burggrabii  
unde antiqui-  
tus plures per  
annos officium  
exercuerint.

esse. Et sane nostra aetate, si cui Magistratus hic continuatus esset, Civitas egrè admodum tulit, quasi Privilegii Verbis hoc modo derogaretur, cuius rei rationem hanc invenio, quod superioribus annis, quoties octo Viri Consulares à Senatu nominabantur, ex quibus uni quotannis Rex suas Vices committeret, is etiam inter ceteros nominaretur, qui anno præterito Magistratum gesserat, ita liberum erat Regi, vel eundem vel alium quem vellet eligere. Id posterioribus annis cum ad consequentias traheretur, ita provisum est, ut ne is qui intra biennium gessisset, inter ceteros nominaretur. Sed nunc Magistratum omnium nomina recensebimus. Hic sequuntur Nomina Magistratum, sed quia hæc alibi jam habentur, eo Lectorem remittimus.

## De Magistratu Veteris Civitatis.

Duo tempore peculiaris Senatus Veteris Civitatis ceperit, pro certo nihil ausim affirmare, conjectura quantum assequi possum, id solum nunc adducam, donec aliqd certiq cognovero.

Anno 1455. Per Seditionem novus Senatus in Primaria Civitate creatus, anno sequenti mutatus est, ex Senatoribus prioris anni aliqui recepti, aliqui verò moti vel repudiati. Ex iis qui moti fuerant complures invenio deinde Consules sive Lenatores fuisse veteris Civitatis. Ex quo conjecturam facio, ante illud tempus solitos fuisse creati

16

ari Consules, tam ex veteri quam ex primaria  
Civitate, et tum demum, vel non diu antea ob  
Secessionem istam, novum in Veteri Civitate Con-  
sulatum institutum. Nam et familiarum no-  
mina, quae utrinque leguntur faciunt hoc verifi-  
cabile. Attedit illud etiam, quod eodem primum  
tempore Scabini Veteris Civitatis fuisse leguntur  
in publicis tabulis ac monumentis, Anno scilicet  
1455. Vidi quidem in privatorum Libris adversa-  
riis annotatum esse, nomina et Praeconsulum Pe-  
tri Becker et Jordani Lobnister, ac Senatoris  
Michaelis Lerner, ac Scabinorum Hermannii Gul-  
ten et Henrici Bolber de Anno 1420. Verum ut  
unius ego libri privati, cujus nequidem, autho-  
rem video, auctoritatem publicis tabellis ante-  
feram, adduci non possum, praesertim quod  
alias in eo ipso libro manifesta tam nominum  
quam temporum errata deprehenderim. Suc-  
currit opinioni meae aliud argumentum, in pu-  
blicis monumentis reperio, quod Anno 1444. Senato-  
res d<sup>ni</sup> Junger Stadt sub sigillo suo ad Senatum  
primariae Civitatis testimonii causa resulerunt,  
quod quidem Gerihardus non Brundon professus  
fuerit, se debere Arnoldo Finkenberge Consuli  
primariae Civitatis marcas decem et sexcentas.  
Sigillum erat Angelus expansis alis, juxta pedes  
inferius, utrinque habens duas Aquilas.  
Hinc mihi conjectari libet, quod cum Junior Civitas  
[d<sup>ni</sup> Junger Stadt.] in perniciem primariae Civi-

tatis à Cruciferis sustentaretur, in eodem bello,  
quo Cruciferi ab his partibus demum exulare et  
abstinere jussi coactiq; sunt, illa paulatim desierit  
et inde Magistratus tam Consularis quam Scabi-  
nalis in veterem Civitatem translatus fuerit.  
Enimvero nec ante tempus illud Consulum vel  
Scabinorum veteris Civitatis, quantum ex publicis  
documentis est, nec post tempus illud ejus generis  
Magistratum Junioris quam vocant Civitatis ul-  
la fit, quod ego sciam mentio. Et qui si fuissent au-  
tem peculiare in veteri Civitate Consules vel  
Scabini, utiq; cum Primariis Magistratibus mo-  
re majorum publicati, vel eadem saltem opa,  
qua postea fieri consuevit in tabulas publicas  
relati fuissent, nisi per insignem injuriam id sp-  
terminum existimare velimus, quod utiq; abo-  
minor, et si quid expeditius in posterum compe-  
re Civitatis Veteris honori per libenter conte-  
dam. Verum his cujusq; prudentiori Judicio reli-  
ctis illos nunc recensebo, quorum in tabulis et  
monumentis publicis mentio nominatim habe-  
tur. Videntur alibi commodius.

Anna

17

# Amalium Civitatis Gedanen

## LIBER SECVNDVS.

Post hæc quæ Summatim et generaliter de Statu Gedanen Urbis commemorata sunt, consequens esse videtur ut referamus, quid ab eo temporum progressu, quo Civitas cepit, deinceps publice et privatim egregium vel dignum memoria gestu actumve fuerit. Quoniam autem tum demum Gedanen res in lucem prodierunt, cum Cruciferi marisii fratres ordinis Theutonici Prusiam instare et subjugare, p̄ multos etiam labores bellicos, tandem magna potentia, totiq; viribus sapienter primum, deinde nimis avarè nimis superbe gubernare ceperunt, non abs re fuerit ordinis ejusdem initium et incrementa Summatim saltem: nec enim institutum est hujus loci pluribus omnia persequi: et breviter recensere, ac interim quasi per Satyræ res nostras suo qualibet loco intermiscere et annotare.

Anno Salutis 1190. cum Christiani Ptolemaidem obsiderent, in eo bello, quo Saladinus Aegypti Sultanus rerum Palæstinarum potius est, cepit ordo Marianorum fratrum Teutonicorum, quos deinde Cruciferos appellarunt, Auctore Friderico Duce Sveciæ Friderici Barbarossæ Imperatoris Filio, qui tum Castris præerat. Dedit hujus instituti Causam optimo Principi morbus, qui tum in Castris passim grassabatur dysenteria, qua plurimi quotidie absumebantur, multi etiam a hostibus aut

telis icti, aut in praeliis vulnerati miserissime,  
ac sine aliorum commiseratione in castris vagaban-  
tur. Ajunt Cives quosdam Lubecenses et Bremenfes  
qui Navibus eò venerant, et comineatum suppor-  
taverant, misericordia motos, velis Navium ex-  
pansis, in littore quasi papiliones erexisse, et sub ea  
tentoria Saucios et aegrotos Milites recepisse et  
quam diligenter poterint curasse. Idam rem con-  
spicatus Princeps, cum ad animum revocaret epi-  
stimaretq, magis haec in Milites officia Principi-  
bus convenire, quam privatis hominibus, cogitans  
insuper quo pacto Seminarium aliquod Germani  
militis in Palestina retineretur, re cum ceteris  
qui tum aderant Principibus deliberata, hunc or-  
dinem Germanorum militum ex Nobilium ge-  
nere delectum instituire decrevit, quorum im-  
primis esset, ut curam pauperum in Terra San-  
cta existentium agerent, alterum ut Terram  
Sanctam et alios Christianorum fines armis tu-  
tarentur. Conceditur illis ex Regis Hierosolymita-  
ni Henrici largitione Hierosolymis Domus Hospi-  
talis quae diva Maria vocabatur, unde ordinis  
nomen accrevit, ut milites domus hospitalis San-  
ctae Mariae in Hierusalem vocarentur. Henricus  
Sextus Imperator, qui Patri Friderico agris suffoca-  
to eodem anno successerat, et Celestinus Tertius  
Pontifex, ordinem auctoritate sua confirmarunt,  
et multis immunitatibus beneficiisque donarunt,  
ac o-

ac opibus locupletarunt. Deditus est impri-  
mis Ordo, ab iis Principibus, Incolis et Militibus,  
qui in Terram Sanctam proficiscebantur. Insi-  
gnia primum collata sunt Fratribus, pallium al-  
bum cruce nigra insignitum, Clypeus item al-  
bus nigra cruce ornatus. Inter alias prerogati-  
vas donati sunt etiam beneficio creandorum E-  
quitum, ut vocant auratorum, eorum dignitate i-  
psis Regibus comparati. Initio ordinis Triginta  
quinque, vel ut alii volunt Quadraginta Fratres  
initiati sunt Viri pii et strenui, qui quoties ad arma  
conclamatum esset, primi omnium in acie stabant,  
cum ab armis otium esset, erga egrotos charita-  
tis opera nihilo sepius exercebant.

Fratum in eum ordinem recipiendorum ini-  
tior ritus hic erat, ut ejurarent prius, se Leges ejus  
ordinis firmiter ac strenue conservaturos. Ejura-  
rent etiam se homines esse liberos, Nobiles et Ger-  
manos. Ejurarent item Uxorem se non habere, nec  
cuquam Virgini vel Mulieri de coeundo matrimo-  
nio fidem dedisse, et coelibem se vitam caste pu-  
rej, absque ulla Scottatione victuros. Ejurarent eti-  
am nullum unquam se votum fecisse, alterius cu-  
jusvis Ordinis suscipiendi causa. Ejurarent pra-  
terea se nullo corporis laborare Vitio, quo minus Of-  
ficia sua et pignas ubi opus foret, obire possent. Tan-  
dem Sacramentum rite darent se in omni deinceps  
Vita non plus patri matri, vel amico et cognato  
ullis morem gesturos, quam Magistri Imperio

Initiandi  
Ritus.

audientes futuros. His omnibus Sacramento confirmatis, illi qui in ordinem recipi vult, hæc conditio Vita non adeo molliter exigenda proponitur hisce ferme solennibus Verbis. Si forte existimas in hoc ordine suscipiendo vitam te quietam et jucundam exacturum, vehementer te falli existimato: Vita enim nra propemodum ita ducitur, cum cibum capere voles, esuriendum erit, cum dormire voles vigilandum, cum à Somno vacabis nihilominus dormiendum, cum tibi mandabitur, hoc vel alio in periculis consistere, quod cum tua molestia vel discrimine capitis fiat, nihil contradicendum. Tuam ipsius voluntatem, animum et Sentus omnes Parentum et Cognatorum amorem proptus deponere, et totum te unis hujus ordinis legibus addicere te oportet. Hujus laboriosa Conversationis premium nullum aliud tibi propositum intelligito, præter panem et aquam, et vestem humilitatis indicem nec amplius tibi petere fas esto, nec amplius deberi memento. Quod si meliores aliquando res nostre habere se ceperint in Laborum Societate, una cum fratribus melioris Conditionis te futurum sperato. Quibus Conditionibus approbatis, frater qui recipitur, Solenni Sacramento se obstringit hisce verbis: Ego me vero dedico devoveo et victimam immolo, anima, corpore, Sanguine et facultatibus, Deo et castissime Ejus Genitrici Maria, et signo hujus Ordinis, et Sancte Spondeo,

des, quod dicte Dive Matris Mariae servus sum  
futurus, et pro ea pugnaturus, quoad diu vitam  
et spiritum traxero, ut me Deus juvet, et Crux  
sacro Sancta. Haec ides non absurdum fuerit  
obiter meminisse, ut intelligamus quatenus poste-  
rior hujus ordinis Status cum ortu suo conveniat,  
praesertim si Religionis sensum et affectionem  
ad calibis vitae sponsonem accuratius consideremus.

Primus ejus ordinis Magister, quem Magnum seu  
Generalem vocant, creatus est Henricus Valpodien-  
sis de Passenheim Anno Salutis 1191. eodem quo le-  
stinus Papa Roma sedere, et Emericus Belefi-  
lius in Hungaria regnare cepit, Henrico Sexto Im-  
peratore, cum Casimirus Secundus rerum in Po-  
lonia potiebatur. Hic Magister primus varia et  
honestata ordini instituta, cum ad pietatis nor-  
mam, tum ad vitam recte ineunda rationem uti-  
lia praescripsit, quae primum sancte custodita  
deinde progressu temporis, decrecente pietate  
et accrescente potentia, paulatim in deturpudi-  
nem abiierunt.

1191.

1.

Magister  
Generalis.

Eodem Anno quo primus Magister creatus e-  
die 15. Mensis Julii Ptolemaidem a Saladino Sul-  
tano Christiani receperunt. In eadem Urbe po-  
stea Henricus obiit Anno Salutis 1200. Nono Calen-  
darum Novembri, cum ordini praeset jam annum  
decimum. Henrico substitutus est Ottho Carpen-  
sis, octogenarius, Vir pius et admodum Religiosus,  
cujus Regiminis Anno quarto novus ordo fratrum

1200.

11.

Magister  
Generalis.

Gladiferorum in Livonia cepit, Auctore Aldber-  
 to Episcopo Rigensi, postquam ejus Antecessor Ber-  
 tholdus, et multi simul Christiani à Livonis Bar-  
 baris cæsi fuissent, Vestem albam, rubenti gladio,  
 cum Stella insignitam gerebant. Insigne enim  
 eorum hoc erat, gladius ruber quasi sanguine  
 tinctus capulo insistens, acie sursum versa, et a-  
 ciei Stella rubra subimposita in Clypeo albo.  
 Vita conditionem eandem cum Templariis insti-  
 tuebant. Indulgentia Pontificis Innocentiū, oēs.  
 quas in Livonia et circa Terras subigerent, pos-  
 sidebant. Horum virtute magna pars Livonia  
 subacta. Sed paulo post cum Cruciferi fratres Or-  
 dinis Theutonici in Prussia potentiores fierent, il-  
 li deposito Instituto suo, in eundem cum Marianis  
 ordinem coierunt. Præfuit Ottho Carpentis suo  
 muneri pacifice et religiose in annum usq; Sextū,  
 Ptolemaide post obitum, qui accidit Quarto No-  
 nas Junii Anno 1206. Sepultus. Hoc Magistro ce-  
 pit Ordo publicum Domus Hospitalis Sigillum u-  
 surpare, Asinum et insidentem Divam Virgi-  
 nem Mariam, cum puero in Ulnis sedente, et  
 Josephum Senem cum baculo pone gradientem.  
 Hujus Sigilli Usus et Auctoritas fuit, usq; ad tem-  
 pora Friderici Magistri Generalis.

1207.

III.

Magister  
Generalis.

Otthoni succedit Anno 1207. Hermannus Bar-  
 batus ex Illustri Familia Ducum Holsatie, &  
 in oppugnatione Urbis Tripolitana lethaliter  
 vulneratus, paulo post Hierosolymis obiit XIII.  
 Calendar April. Anno 1210. cum quatuor Annos  
 ferme

ferme impasset, Ptolemaide sepultq.

Successorem habuit quartum Magistrum ma- 1V.  
 gnum 1211. circiter initium Imperii Friderici se- Magister  
 cundi, qui Barbarossa nepos fuit, N<sup>o</sup> 17. Lesti albi Generalis.  
 Polonie Regis, Hermannum de Salza nobilem  
 Misnensem, Virum prudentem et eloquentia ac  
 fortitudine militari pariter excellentem. Hoc  
 imperante tandem sumpsit incrementum Or-  
 do Teutonicus, ut duo millia Fratrum essent qui  
 arma gestabant. Eiusdem prudentia et rerum  
 gestarum gloria effectum est, ut ordo passim  
 non in Germania solum, sed etiam in Italia, Apu-  
 lia, Gallia, Ungaria et alibi Imperatoris, Pon-  
 tificis ac Principum beneficio et pietate, qua ma-  
 xime tum hominibus cordi erat, ad reprimen-  
 dam barbarorum adversus Christianos poten-  
 tiam, maximas opes et facultates acquireret,  
 ac plurimis immunitatibus prerogativis, et Pri-  
 vilegiis denuo augetur, demum etiam Principa-  
 li dignitate ac insignibus Imperialibus et Regiis  
 ornaretur. Hic Magister cum Palastina Christia-  
 nis iterum erepta et in Barbarorum potestatem  
 reversa fuisset, in Italiam inde navigavit, et Vere-  
 tiis sedem ac Domicilium Magistrorum ejus ordi-  
 nis constituit. Sed non diu post Palastina jactura  
 non nihil Cruciferis compensata est, cum ad oc-  
 cupandam Prussiam evocarent.

Fuerunt veteres Pruteni gens non Barbara ma- Pruteni.  
 gis quam superstitiosa solem et lunam Deos  
 primos credebant. Post eos tonitrua et fulge-

tra adorabant. Ideoq; Deos, qui tempestatibus  
praesent constituebant, Percunum aëri, Po-  
trympum aqua, Patollum igni praefectum, ce-  
terum minutulos Deos praecellentes et emi-  
nentissimas arbores inhabitare putabant, ex quibus  
responsa Sciscitantibus reddi audiebantur.  
Eo numero inter praecipuas quercum et Sam-  
bucum habebant, ob id nec hujusmodi arbores  
cadebant, sed Religiosè ut Numinum Domos  
colebant. Serpentes ac colubros insana sup-  
stitutione perinde ac Deorum famulos nunciosve  
venerabantur, eos intra Domos nutriebant, e-  
isq; ut Deus penatibus litabant, sacra sua ad-  
venarum a ditio pollui, nec aliter quam huma-  
na victima expiari constanter existimabant.  
Hircus in sacrificiis utebantur maxime ob  
fecundam animalis istius Naturam, dies Na-  
talitios et funera pari modo celebrabant  
mutuis scilicet. commensationibus et Compotatio-  
nibus, tum lusu et cantu abiq; meroris liqui-  
ficatione cum summa hilaritate ac gaudiis.  
Ac ut alterius Vita Spem praese ferrent, illo  
saltem ostenderunt, quod exutos Spiritu, ar-  
matis vestitioq; ac magna Suppellectilis par-  
te circumposita humabant, addito etiam  
potu onelleo aut ex frumentis cocto in Va-  
sis testaceis. In funebri epulo partem obsonii  
potusve Vita functi manibus litabant. Agri-  
culturam, rem pecuariam, Venationem et

piscationem maxime exercebant. Apium  
 autem alendorum omnibus ferme et indu-  
 stria et passim obvia facultas. Potus illis e-  
 rat Zythum ex hordeo et mulsum ex aqua  
 et melle, quod hydromeli vocamus, con-  
 fectum, Servitiorum peculiare Studium et  
 magna copia, Servum Mancum vel debilem  
 vel Senem ad labores perferendos ineptum  
 impune strangulare fas erat. Connubia hoc  
 modo instituebant, ut quotquot et quamcumque  
 pater familias puellam suscipienda prolis  
 gratia iniret, sive ex Servitiis peculiaribus,  
 sive alienis foret, sive ex liberis, eam secum  
 suo detineret tugurio aleretque. Alieni ta-  
 men Juris puellam, non nisi pretio quasi ere em-  
 ptam, a quocumque deduci procreanda prole lice-  
 bat. In universum Prutheni erga advenas libera-  
 les erant, erga vicinos Lithuanos, Masovios, et Pome-  
 ranos vehementer crudeles et inhumani, quorum  
 odio relictis ferme rei familiaris paranda hone-  
 stis rationibus latrocinio tantum et predationi-  
 bus operam dabant, praesertim autem Masovios  
 assiduo bello vexabant, et ob professionem Reli-  
 gionis Christiana praeceteris infestabant. Qua  
 res primum causam dedit Masovios Fratres Teu-  
 thonicos in Prusiam evocandi.

Conradus enim Dux Masovia, cum a Prutenis  
 gravius oppugnaretur, quam ut illis par esse  
 posset, praesertim quod tum Polonia Regnum et

1222.

ejus Principes in partes essent distracti, audita  
Teuthonicorum Militum fortitudine et virtute,  
ad occupandam Terram Prutenorum eos invi-  
tabat, concessa illis terra Culmensi, quæ est intra  
Vistulam Mocram et Derranciam fluvios, ita ut  
si quid armis præterea à Pruthenis occupassent, id  
pro suo possiderent. Quamquam Poloni affirmant,  
his legibus cum Cruciferis conventum fuisse, ut  
postquam Prutenos domuissent, Culmen quidem  
tractum Polonis redderent, cetera vero quæ à  
barbaris cepissent, arbitrio bonorum virorum cum  
Polonis partirentur. Cæterum vix est verisimile, ut  
Cruciferi eo tempore, quo alioguin in universa Eu-  
ropa opibus florebant, tam duris conditionibus  
tantum periculum nullo alio præmio proposito  
subire voluisse credantur, præsertim quod Conra-  
dus ita tum afflictus et in angustias eas reda-  
ctus erat, ut facile dimidia Regni sui parte ces-  
sisset, modo à Pruthenis securus et incolumnis p-  
staretur. Deinde nulla etiam unquam facta fuit  
partitio provinciarum, quas à Pruthenis Crucife-  
ri receperunt, verum ut Culmen Terram labo-  
rum scilicet suorum Mercedem Polonis unquam ce-  
dere voluerint, vel debuerint. Demum diversum  
ostendunt Diplomata et Monumenta publica,  
quibus tantum ut opinor merito tribuitur, ut eo  
nescio quo vetusto libro, quem Cromerus nullo vel  
Auctore vel autoris dignitate adducit, fides il-  
lis minimè derogari debeat.  
Petrus de Suisborg donationem hanc his Verbis  
descri-

22

describit. Legatione hac audita Dñs Conradus  
Dux Polonia, prehabita matura deliberatione,  
ut premisum est, de Consilio, voluntate unanimi  
et Consensu expresso Uxoris sue Agathæ et Filior<sup>3</sup>  
suorum Boleslai Casimiri et Semoviti dedit dictis  
fratribus domus Teuthonica, presentibus et futu-  
ris, terram Culmen et Lubonia, et terram quam  
possent favente Dño in posterum de manibus  
infidelium expugnare, cum omni Iure et Utili-  
tate, quibus ipse et Progenitores sui possederunt,  
in perpetuum possidendam, nihil sibi Iuris aut p-  
prietatis in ipsa reservans, sed renuncians omni  
actioni Iuris vel facti, quæ sibi aut Uxori sue  
vel Filiis sive Successoribus posset competere in e-  
isdem. Et ut hæc Donatio firma esset et perpe-  
tua, nec ab aliquo posset in posterum infirmari, de-  
dit eis Cras Sigilli sui munimine roboratas. Acta  
sunt hæc circa Annum Dñi 1226. in presentia Te-  
stium subscriptorum scil. Güntheri Masoviensis,  
Michælis Cujavia, Christiani Prussia Episcopi, Ar-  
noldi Prepositi, Wilemi Decani, Pascoflai Senioris  
et Junioris Comitum de Dirschavia, Joannis Cancel-  
larii, Gregorii Vice-Cancellarii, et aliorum plurimum  
Religiosorum et Secularium Virorum discretorum.  
Ceterum Cruciferi cum terram Culmen acceptas-  
sent, auxilia per totam Germaniam colligunt et  
mediocri primum, sed virtutibus egregie instructo  
Exercitu, Duce Fratre Conrado de Landsperg Prus-  
siam ingrediuntur, expeditionibus deinceps frequen-  
ter iteratis, donec universam tandem Prussiam  
subegerint.

Oliva.

Circa idem tempus, quod nonnulli scribunt a.  
1224. factum, Pruteni Sambientes, irruptione  
in Pomeraniam facta, Olivense Monasterium  
vastarunt et igne concremarunt, captis Ab-  
bate et Monachis omnibus cum illorum famu-  
litio, quos cum luculenta praeda abductos mox  
prope Gedanum cum ab irruptione in Oppidum  
repellerentur in Livium conspectu crudeliter  
trucidarunt.

1227. Anno deinceps 1227. Undecimo Calend. Febr.  
Swanteplous Dux Pomerania, Lubislai Filius,  
Ecclesiam Beati Nicolai in Gedano à Capellano  
suo Wilhelmo persuasus, pro commutatione aequè  
bona vel meliori Fratibus Ordinis Predicato-  
rum resignavit, quod hodie Monasterium Do-  
minicanum vulgo nigrum appellari g̃sverit.

Monium  
Dominicanorum.

Hic Swanteplous cum haecenus beneficiis Po-  
lonia Regum aequè uti Antecessores fermè oēs  
Pomerania partem tenuisset, et pro Praefecto  
saltem administrasset, ut Polonici Scriptores  
ad referunt, hoc demum tempore insolentior  
factus, eo maxime, quod tum gener ejus Uladislag  
cognomento Sputator in Majori Polonia res novas  
moliretur, et Regi suo Lesco albo palam rebella-  
ret, ab eodem Lesco magnopere contendere cepit,  
ut se Ducis seu Principis Pomerania nomine et ho-  
nore dignaretur, Sempiternum id sibi, posterisq̃, ju-  
ris esse juberet, ù tamen nihilominus Polonia Regū  
authoritatem agnoscerent, quemadmodum ean-  
dem dignitatem à Lesti Avo Boleslas Crivousto Bo-  
gusla.

23

guellaum Gentilem Summa in Pomerania infe-  
riori et Casubia obtinuisse referebat. Cum id Lesco  
abnueret, Swantepolcus repulsam passus et ira  
accensus ad defectionem spectare cepit, neq; pen-  
sionem annuam de more Lesco misit. Lesco igitur  
cum Consilium ejus non modo hominum Ser-  
monibus, verum etiam re ipsa deprehendisset,  
habita deliberatione omnibus communiter Proce-  
ribus Comititia indicit Gansanam, quae villa est  
Tremesnensis Monasterii prope Ivenam in ma-  
jori Polonia, ad tertium Idus Novemb, quae dies  
Martini Sacra habetur, quasi de Republica ac  
de componendis intestinis Ducum majoris Polo-  
niae diffidiis acturus, re vera autem, ut Swante-  
polcum praetextu Comitiorum evocatum, sine  
armis et bello opprimeret, subolefecit hoc Swan-  
tepolcus, et ultro in Lescum Regem insidias in-  
tendit una cum Vladislao genero, quod ejus proq;  
juxta ac suam rem agi, nec minus illius quam  
suo periculo Comititia illa institui diceret et ad  
spem Summi Principatus adipiscendi eum in-  
citaret. Convenere ad praestitutum locum atq;  
diem Lesco Rex, Henricus Barbatas Dux Vratis-  
laviens, Vladislai duo, Lasconogus et Sputator, de  
quorum discordiis maxime agebatur, et alii Du-  
ces ac Proceres Poloniae, solus Swantepolcus moras  
nectebat, missisq; subinde, per speciem excusanda  
mora sua, hominibus statum omnem Comitiorum  
cognoscebat, et occasionem peragendi cogitabi

facinoris captabat. Cum triduo de pace int̄  
Uladislaus actum atq; tractatum esset, ac Swen-  
topolci adventus requireretur, quartāq; dies cu-  
randis Corporibus daretur, ad Balneum se Lesco  
et Henricus contulere, ubi Swantepolcus cum ex-  
pedita suorum manu adest, prope enim deli-  
tuerat, et in diversoria ac tentoria proxima  
irrumperis, obvios quoq; rei novitate attonitos  
facile aut removet aut obtruncat, Lescum qua-  
rit, ad balneum, ubi eum esse acceperat, prope  
contendit. Interim exaudito tumultu certi-  
or factus Lescus, de Hostili adventu Swanto-  
polci, exilit, et equum nactus cum paucis fu-  
gere capit, fugientem Swantepolcus cum ple-  
risq; suorum persequitur, illum unum se potis-  
simum petere, in uno illo capite, omnia sibi posi-  
ta esse dictitans. Ubi effugere Lescus in sequen-  
tium et prementium manus non potuit, con-  
verso eqvo et revocatis fuga Comitibus, cum ali-  
quandiu multis et bene armatis nudus penē cum  
paucis restitisset, fortiter dimicans apud Marcia-  
conam pagum occubuit. Sunt qui scribant, Re-  
gem à Swantepolco balneo extractum et Eqvo  
impositum, cursu citato abduci cepisse, cum au-  
tem et Regis Comitibus insequerentur, et onus eqvū  
impediret quo tardius fugeret, Regem, quem in-  
pacatum abducere nequivat, à Swantepolco q̄-  
sorum et insequentibus relictum esse. Ab eo  
tempore Swantepolco pro Duce ac Dño Pomera-  
nia

nia interioris gerere se capit.

Anno 1229. Magister Hermannus, quicumque Venetis degebat, primum Magistrum Provincialem Hermannum Baliken cum exercitu in Prussiam misit, atque is primus apertis Marte Prutenos invadere cepit, illorum Duce Pomezanien Pipino infecto et in Crucem acto.

1229.

Anno 1233. idem Magister Magnus Hermannus de Salza, quinto Calend. Januarii, Culmense Privilegium quod vocant, primum Culmensibus et Thorunen concessit, quod postea etiam eodem Jure ceteris Civitatibus communicatum est. Eius haec sunt praecipua et ut plurimum omnibus communia Capita. Ut perpetua libertas sit Civibus in suis Civitatibus Iudices ac Magistratus annuos eligendi. Ut Iudices in Civitatibus multam minorum excessuum sibi ferrent integra, majorum autem, cujus generis sunt homicidia, sanguinis effusio, et similia, partem tertiam. Ut Civitates bona sibi concessa, in Sylvis, pratis, agris, et agris cum omni utilitate in perpetuum libere possideant. Ut piscatio in Vistula cum omni utilitate, exceptis Insulis et Castoribus omnibus, sit libera. Ut in iisdem Civitatibus Jura Magdeburgensia in omnibus sententis in perpetuum observentur, hoc indulto, ut cum Reus aliquis Magdeburgi in Sexaginta solidis puniri debeat, hic in triginta solidis Culmen moneta mulsetur. Eodem modo in culpis aliis Secun-

1233.

Culmense Privilegium

dum proportionem aequabilem observato. Ut si  
quis dubitationis Scrupulus de Jure judicario vel e-  
jus Sententia emergerit, de eo Sententia à Consu-  
libus Civitatis Culmen requiratur. Ut omnes Cleri-  
ci et Viri Religiosi, de quacunq; Religione fuerint,  
absq; omni navulo in perpetuum, cum rebus, quas  
secum habuerint, Vistulam traducantur. Ut Magi-  
ster in Civitatibus nullas domos emere debeat, si  
vero aliquis domum suam Magistro vel ordini con-  
tulerit, intuitu pietatis, eam ad alios usus construere  
non liceat, nisi ad quos civium aliquis Domum  
suam construit, et eadem exinde Jura et Consue-  
tudines observentur, quae quavis alii Civis de domi-  
bus suis observabunt. Ut si qua forte Quæstio, contra  
aliquem de bonis suis orta fuerit, si Possessor Vicinos  
et alios conterraneos suos, quibus notum fuerit, rem  
in totum ita se habere, et testimonium justæ pos-  
sessionis habuerit, potius obtinere debeat Posse-  
sor illa bona, quam is qui eum impetit, ab ipso ea-  
dem bona alienet. Ut prædicti Civis ab omnibus  
collectis injustis et hospitacionibus aliisq; Exacti-  
onibus indebitis perpetuo sint immunes, et hoc ad o-  
mnia bona ad ipsos pertinentia extendatur. Ut Ci-  
ves bona sua Jure hereditatis Flamigicalis, tam i-  
psi, quam eorum heredes utriusq; Sexus, cum omni-  
bus proventibus in perpetuum liberè possideant.  
Ut omnes Civis ab omnibus expeditionibus sint  
exempti præter Patriæ defensionem usq; ad Vistula  
ossam et Gruvantziam. Ut una Moneta Culmen  
fiat per totam Prusiam, et ut de puro et mun-  
do ar-

25  
de argento denariū fabricentur, ipsiq; denariū in  
tanto valore perpetuo perseverent, ut eorum sexa-  
ginta Solidi ponderent unam Marcam, et dicta  
moneta non nisi semel in singulis decenniis renove-  
tur, et quoties renovata fuerit, duodecim nummi  
novi pro quatuordecim veteribus acceptentur,  
et ut unus quisq; hisce nummis libere emat quam-  
cunq; rem, quæ in foro Venialis haberi consuevit. Ut  
tota Prusica terra, libera perpetuo sit ac immunis  
ab omni penitus teloneorum Exactione.

Ex hoc quod diximus Privilegio ꝑ germanicè ad rem  
appositè dicitur die Culmenis (Sant. West.) ortum  
habuit Jus Culmenense, quod nihil à Magdeburgensi di-  
stat, nisi quod Consules vel Iudices pro ratione di-  
versarum causarum constituerunt. Quod autem  
postea Jure Culmensi constitutum vel consuetu-  
dine potius longissima usurpatum fuit, ut Uxor o-  
mnium bonorum Mariti Semisem perciperet,  
hoc beneficium Mulieres Civitatis Culmen pro-  
meruisse dicuntur, eo facto, quod cum Viris in alia  
expeditione versantibus Svante polous ad Civita-  
tem ex improvviso copias admovisset, existimans Viris  
vacuam haud difficulter posse capi, Mulieres inducis  
Vestibus et armis Virorum a Deo strenuè Patriam  
propugnarunt, ut hoste satis ferociter repulso Urbem  
non Dominis minus, quam semet Viris conserva-  
verint. Actum id fuisse Scribunt Anno 1243. Atq;  
hoc tam egregiè edito facinore Mulieres primū  
meruerunt, ut parem cum Viris portionem in oib;  
bonis obtinerent. Alii hoc ipsum Jure Flamingen-



sum, jam antea receptum et introductum existimant, et ideo Juris flammigicalis in hereditatibus Mentionem in Privilegio Culmerfi facta.

1235.

Anno 1235. Olivense Monasterium iterum à Prutenis Warmienses in Pomeraniam erumpentibus vastatum et exustum est, sex Monachis, et triginta quatuor Militibus, quosibi Gedanen in presidio habebant, captis gladiis percussis, quod facinus longe celerius Barbari pegerunt, quam ut ex Civitate auxilium fieri poterit.

1237.

Privilegia  
Hanseatica.

Anno 1237. Henricus Tertius Anglia Rex Civitatibus federatis Anseaticis, Privilegium dedit, quod nunc quidem in monumentis publicis vetustissimum est, ut Mercatores de Gotlandia et heredes eorum in perpetuum salve et secure veniant in Angliam cum rebus et mercibus suis, et quas vicissim ex Terra Anglia emerint versus partes suas exportent, et ut iidem Mercatores et eorum heredes per totum Anglia Regnum de omni Theloneo et consuetudine ad Mercatores pertinente sint liberi et immunes, tam pro iis mercibus quas in Angliam importent, quam de illis, quas in Anglia emptas exportent: Scriptum Westmonasterii d. 20. Martii Anno 1237. Hoc ideo nunc refero, ut de rationibus Anseatica federationis liquidius Historia nobis constet. Quamvis enim tum temporis hac Civitas in federe non fuerit, tamen quod deinceps omnia priora

Privi-

Privilegia aequè ad novissimos ac vetustissimos  
 pertinere ceperunt, non abs re est hæc nostris e-  
 tiam annalibus commendari, præsertim quod  
 plurimi sint inter ipsos federatos mercatores,  
 qui ipsimet, quibus immunitatibus donati sint,  
 ignorent. Hoc quidem quod jam allegavi Pri-  
 vilegium ex vetustissimis hodie habetur ut dixi,  
 sed non est dubium, quin antiquiora sint ejus  
 Societatis in Anglia Regno Privilegia. Cujus Opi-  
 nionis hoc mihi maximum argumentum est, quod  
 idem Rex Henricus in Confirmatione sua super Pri-  
 vilegiis nostris ita scribit. Concedimus Mercat<sup>ibus</sup> Re-  
 gni Alemannici, illis videlicet, qui habent domum  
 in Civitate nostra London, quæ Gylde halla Teuto-  
 norum vulgariter nuncupatur, quod eos univer-  
 sos et singulos manutenebimus, et servabimus, per  
 totum Regnum nostrum in omnibus eisdem liber-  
 tatibus et liberis consuetudinibus, quibus ipsi no-  
 stris et progenitorum Nostrorum temporibus u-  
 si sunt et gavisi, ipsosq; extra hujusmodi libertates  
 et liberæ consuetudines non trahemus, nec trahi  
 aliquatenus permittemus. Ex quibus verbis aperte  
 colligitur mercatores hosce Alemannos etiam an-  
 te hunc Henricum tertium libertates habuisse  
 et consuetudines peculiare.

Anno sequenti 1230. Gladiferi Livonien<sup>sis</sup> Auctore Gladiferi  
 et Svasore Magistro suo Volgvino cum Cruciferis uniti  
 Marianis conjuncti sunt, et in eorum ordinem 1230.  
 adoptati. Itaq; cum eodem Anno Volgvinus supre-  
 mum diem clausisset, missus est in Livoniam Alex-

mannus Balick Provincialis Prusie Magister,  
ut ibi praeesset, atq; is hoc modo utramq; Provin-  
ciam pro Magistro gubernavit. Hic est qui Ple-  
scoviam Urbem et Arcem à Russis et eorum Du-  
ce Gerspoldo per deditorem recepit, sed non diu  
retinuit. Alexander enim Dux Novogardia pau-  
lo post Anno 1244. Plescoviam à Fratribus ite-  
rum bello vindicavit, septuaginta fratribus p-  
ter ceteros milites trucidatis. Hermannus Bal-  
cken in Officio Provinciali Prusie successit Pop-  
po ab Osterman, in Livonia Henricus Heimburgerps.

Anno 1240. diem suum obiit Magister Ma-  
gnus Hermannus de Salza, cum gubernationi  
praefuisset annos circiter triginta, et ejus auspici-  
is res ordinis in Prussia non exiguum incremen-  
tum sumpsissent. Obiit in Apulia Nono Calendas  
Augusti, sepultus est Barleti. Hoc Magistro con-  
dita sunt Civitates in Prussia praecipue, Anno  
1231. Torunium, Anno insequenti Culma, 1233. Ma-  
ria Insula, Sedes Episcopatus Pomesaniensis, Anno  
1237. Elbinga, Balga etiam Arx Prutenis erepta  
et munita fuit Anno 1239. cujus adjumento Vicina  
deinde Regiones sunt occupatae.

V. Magister Hermannus successit Quintus Magister Magnus  
Gnialis. Conradus Landtgravius Turingiae et Hassiae,  
cognomento Sanctus, Frater Ludovici, qui Diva  
Elizabetha Maritus fuit, Imperante adhuc Fri-  
derico Secundo, cum in Polonia interregnum es-  
set, quo per Annos quindecim de Imperio certan-  
tum est, inter Henricum Silesiae et Conradum  
Mazov

Marovia Duces.

Hic Magistro Swanteplucus universam Pomeraniam et Casubios, quorum Metropolim Gedanium tenebat, impotenti dominatu occupaverat, cum jam antea Regem Polonia Lescum obtruncasset, Poloniam vastasset, preda abegisset, eaq; omnia impune perpetrasset, ac Polonis inter se varie certantibus, ipse interim non pro libitu magis quam feliciter omnia peragebat. Verum ubi Cruciferos Teutonicos tot Victorias brevi a Prutenis reportasse, usq; subactis tot Civitates et Arces unam post aliam tanquam indicia Servitutis extruxisse animadvertit, non immerito potentiam illorum sibi formi dolosam aliquando futuram censebat. Metuebat vero, ne illi plane Victis et subactis Prutenis, suas etiam Provincias invaderent, et eodem ad se Jure, quo ipse fuisset adeptus, revocarent. Qua propter partim sui muniendi causa, partim ne Cruciferi nimium emergerent, clam nuntius ad Prutenos missus demonstrat, quo in Statu res illorum sint, quam iniquè et violenter ab adversis subjugentur, trucidentur, et in perpetuam Servitutem redigantur, monet ut libertatem respiciant, jugum excutiant, sese patriamq; et liberos ab ea tyrannide vindicent, pollicetur operam et auxilium, si se Auctorem Regni velint. Pruteni ad hoc quod cupiebant, facili persuaderi poterant, praesertim quod Cruciferorum Exercitus passim in praesidia distributus non facile congregari poterat, nisi Arces et Oppida, detra-

etis inde praesidiis manifestissimo periculo vel-  
lent exponere. Moliuntur cum caeteris defectio-  
nem etiam ii, qui jam subacti erant, jam in  
Cruciferorum Verba juraverant, jam Christi  
fidem professi fuerant. Itaque Exercitu collecto  
subito irruunt, omnia ubique devastant, uno im-  
petu quacunq; à tractu Varmienſi ad Mare usq;  
spectant Oppida, Villas, Arces, quot es impetu  
poterant, diruunt, praeter Balgam et Elbin-  
gam. Deinde in terram Culmenſem progressum  
Swantepolcum Ducem eligunt, qui non grava-  
te munus hoc suscipit, mox ad expeditionem  
strenue se parat, Arcebus prius suis quas in Ri-  
pa Vistula tenebat, praesidio communitis. Cruci-  
feri Prutenorum defectione et irruptione co-  
gnita Torunii et Culmae Naves aliquot expediunt,  
militibus et commeatu onustas, quae Elbingen-  
sibus et Balgensibus Suppetias ferant. Has Swan-  
tepolous in flumine nactus, Milites Germanos  
omnes ad unum trucidare jubet, Commeatum  
in Arces suas infert, Naves exurit, totum deinde  
flumen ita infestum reddit, ut nemo se naviga-  
tioni credere amplius auderet. Eodem furore  
neglectis Pontificiis interminationibus in Pome-  
raniam et Terram Culmenſem procedit, agros va-  
stat, Oppida et Castella diripit, ac incendit, sic ut  
in eo tractu praeter Thorunium Culmam et Re-  
dam Cruciferis nihil à vastatione reliquum es-  
set, circiter quing; Millibus Militum, pluribq;  
eti-

etiam Subditorum trucidatis. Erant illi nihilominus in omnem occasionem intenti, si quam vicissem inferre calamitatem possent, quoad facultatem et vires majores nantiscerentur, aperto Marte hostem aggrediendi, Habebat Swantepolcus Arcem Swartoviciana in ripa fluvii citeriore infra Swesam Oppidum sitam et egregie munitam, in qua Thesuros suos asservabat. Hanc Fratres viginti octo Duce Theodorico de Bermheim Marschallo, s. Prætorii Prefecto, memorabili facinore, et insigni audacia, noctu scalis admotis occupant, quingenta armatos, qui in Præsidio erant ex improviso opprimunt, reliquum Incolarum vulgus promiscue trucidant, Thesuros asportant, Arci Theodoricus ex suis nonnullos præsidio relinquit, plures postea submittit, ipse re bene gesta Culnam revertitur. Accidit hoc facinus A. 1243. die 3. Mensis Decemb. Swantepolcus re comperta, vehementer perturbatus, adducto quæ secum trahebat exercitu Arcem obsidet, quinq; septimanis continuis acriter oppugnat, sed frustra, ubi res non procedit, relicta aliquanta ad obsidionem manū, cum majori copiarum parte in agrum Culmen populabundus regreditur. Occurrit illi idem Theodoricus cum auxiliariis copiis Casimiri s. eratq; Conradi Ducis Masovia Filij non genti eo congressu ex Swantepolciana coesi, ceteri infugam conjecti. Swantepolcus ipse vix egrè elapsus ad obsidionem Arcis Swartoviciana

1243.

se recepit. Insequitur Theodoricus, cui in itinere occurrit Primislaus ex Sorore Nepos, quem ille maternis fortunis omnibus expoliaverat. Swantepolus fortunam nimis tum adversam expertus, obsidione soluta in Casubios se recipit. Theodoricus reparata Arce quibus in locis oppugnationis impetu concussa fuerat, in Swantepolci Provincias ducit, Naclum et alia ejus oppida deditione capit, inde populabundus in Casubios excurrit, Olivense Monasterium diripit, agrum Gedanensem circum quam vastat, et Civitati jam exitium, nisi sese dederet, minabatur. Swantepolus in has angustias redactus pacem suppliciter petit, et intercedente Romani Pontificis Legato, cujus interdicta dudum spreverat, eam impetrat, Swartoviciam Arcem Cruciferis relinquit, ipse sua recipit, amicitiam et Societatem cum Cruciferis perpetuo colendam paratus accipit, eamque in rem Nestorinum filium dat obsidem, verum ea fides non diuturna fuit, nondum enim Anno elapso Swantepolus cum Barbaris Sociis iterum eruptione in Culmen et Thorunen agrum facit, praedas abducit, et circiter Sexcentos fratres trucidat. Sic ut postea in Culmensi et Pomesanien ditibus per complures annos continuos eventibus vario bellatum utrinque fuerit, de quibus omnibus cum Transflumen ferme gesta sint, nec ad institutum Nostrum magnopere pertineant, dicere nunc consulto praetermittimus. Illud ta-

men unicum, quod ex ludicro quasi ad rem  
 feriam aliquando processit, non omitemus.  
 Diverterat Swante polcus animi causa in Vil-  
 lam quandam, in agro Pomeraniensibus co-  
 mitibus prandium instruebat. Erat in eo Comi-  
 tatu Miles manu aliquo promptus sed qui  
 fratres Marianos in tantum metueret, ut ad  
 illorum mentionem totus perhorrescere consue-  
 visset. Non ignorabat hoc Swante polcus, itaque cupi-  
 ens prandentibus ludum exhibere, unum ex fer-  
 ris clam ablegat, qui nonnihil secundum vicinos  
 montes exspatiaret, et cum animadvertisset pra-  
 dium jam incipere, de improvviso rediret utque  
 adventum hostium Marianorum trepide qua-  
 si nunciaret. Caeteris hoc constitutum esse cla-  
 rificat, ut scirent rem feris non agi, sed con-  
 sternationem timidi Militis perspicerent ac  
 viderent. Vix dum prandium inceperat Nuntius  
 revertitur, qui Marianos vere adventantes pro-  
 spexerat, et alto clamore significat, hostes fratres  
 adesse innotet, unumquemque sibi prospicere, tum  
 ille timidus continuo prosilit, et vita fuga con-  
 sulit, caeteri primum effuse ridere, mox ubi nun-  
 tius rem feriam esse obtestaretur, et ipsi fugam  
 circumspicere, sed jam irruunt Mariani, conster-  
 natos adoriuntur et obvios quosque prosternunt  
 ac trucidant. Effugit Swante polcus cum uno  
 saltem Comite ad flumen, Comes penes ipsum  
 a ferro confoditur, ipse in flumen se propiciens  
 nando periculum evadit. Ita et ludicris, quod

est in proverbis facile seria possunt interdum  
exoriri.

Anno 1246. Magister Provincialis creatus est  
Henricus de Weida, Poppone in Germaniam pro-  
fecto, qui et ipse cum Swantepolo varie dimica-  
vit. Ex eo certe tempore, in tantum vires Pruteni  
repperunt, ut undiq; vastatis et dirutis Crucife-  
rorum Munitionibus, pene se in libertatem vindi-  
caverint, fortiter ac feliciter ut plurimum ge-  
rente rem Swantepolo, nisi Principes nonnulli  
Germania, inter quos Marthio Brandeburgensis,  
Episcopus Mersburgens et Henricus Comes Swartbur-  
gicus Cruciferis auxiliis venissent, cum non conte-  
mendo peditum et Equitum Exercitu, per quos  
denno Pruteni, qui rebellaverant, subacti ad of-  
ficium redierunt. Hi Principes una cum Le-  
gato Pontificio Jacobo Archidiacono Leodien-  
pacem tandem et concordiam inter Swantepol-  
cum et Prutenos ad fidem conversos ac Crucife-  
ros Anno 1252. in Arce Christburgensi constitu-  
erunt firmam ac perpetuam. Perspiciebant  
enim Principes, quod Cruciferi nimis acerbè de-  
dititius Prutenis imperassent, nec obscure pro se  
ferebat Swantepolus se merito patrocinium mi-  
serorum contra fratrum Tyrannideam suscepis-  
se. Pax hisce legibus composita est, eaj; libertas  
Prutenis ad Christianismum conversis perpetuo  
data: Ut liceret illis quacumq; bona, quacumq; pos-  
sensiones, eodem Jure quo Christiani utuntur in  
Prussia possidere: Ut fas illis esset, de bonis su-  
is, u-

is, uti vellent testari ac disponere: Ut Matrimonium illis cum Christianis externis libera essent, et vicisim, ut illorum filii nulla servitutis infamia adstricti, liberam haberent facultatem, ubicumq; locorum vellent domicilium constituendi: Ut Nobilium Gentilium filii Jus haberent aureorum annulorum, et in Equitum Ordinem cooptarentur: Ut Prutenis conversis liceret Polonico jam, quo asserisissent, non autem Culmensi Jure uti. His ita compositis et consignatis Swante polcus deinceps pervit, Provincias ejus interim secure legentibus, et Pruteni subacti, facilioribus Dominis uti ceperunt, Cruciferis autem multa gerendorum bellorum difficultates amputata. Pacatis enim Culmensi Pomezaniensi et Natangensi Provinciis ad subjugandos Sambiensis deinceps animum adjecerunt.

Anno 1253. A Festo Paschatis usq; in finem Mensis Julii tanta fuit in universa Prussia et Pomerania, praesertim circa territorium Gedanen' pluvia, die noctuq; ferme continuata, us plurimis in locis homines degere commeari ambulare nequiverint, frumentum in agris ubiq; praesertim in locis declivioribus et suffocatum et vi agrorum radicatas erutum fuerit. Ex quo factum ut auctis agris etiam Vistula totam fere Pomeraniam inundaverit, cum ingenti strage et calamitate hominum, jumentorum et agrorum. Tempore hujus Magistri Magni Conradi, Livonia

1253.

rebus praefuit Anno 1247. Theodoricus non  
Groninger Anno deinceps 1250. Andreas de Stülke,  
Landt. Eodem Magistro adhuc superstitite Ludo-  
vicus Rex Francorum lilia quatuor aurea in-  
signibus Ordinis ex singulari animi affectione  
adiecit.

VI. Ma-  
gister Gualis.

Eodem quem diximus Anno 1253. Cum Magi-  
ster Magnus Conradus Landtgravius, nono Ca-  
lendas Augusti, duodecimo Regiminis Anno, in-  
fata concessisset, qui Martburgi in Haspia con-  
ditus est, in ejus locum sextus sublegitur Pop-  
po de Osterman, qui antea Magister Prussia  
Provincialis fuerat, cum in Polonia regnaret  
Boleslaus pudicus et Romanum Imperium ge-  
reret Conradus Dwartz.

Hoc Magistro deinceps Cruciferi cum Sambi-  
ensibus Prutenis strenue rem egerant. Crucife-  
ris auxiliis venit Otthocarus Bohemice Rex cum  
non nullis aliis Principibus post bellum cum Unge-  
rid Rege Bela confectum. Re feliciter cum Sam-  
biensibus gesta, arcem Regionemontanam Cru-  
ciferi extraxerunt, et in Otthocari Regis hono-  
rem nomen illud indiderunt, ubi nunc Du-  
cum Prussia Sedes est, sub Poppone Magister  
Prussia Provincialis fuit Gerhardus Hirtzber-  
gensis, cui successit Hermannus de Grumbach,  
Vir acer et inhumanus. Is Elbinga fratres ali-  
quos Cruciferos vivos igne concremavit, eo  
quod cum Prutenis Apostatis Consilia contulis-  
se crederentur. In Livonia tum Magistri  
fue-

fuerunt Anno 1256. Eberhardus Comes de  
Seine Anno 1250. Ioannes de Sargenhusen qui  
postea Magister Magnus S. Generalis in Prut-  
fia creatus e.

Pax inter Prutenos dedititios et Cruciferos 9- 1260.  
firmata octavum jam annum durabat, Cruci-  
feris rursus ad crudelitatem declinantibus,  
et immaniter imperitantibus, tum Pruteni  
passim rebellionem et vindictam deorsum circu-  
spicere, nec solum publice dominatum impoten-  
tem abominari, sed privatim etiam ex insidiis  
fratres, qui cum aliqua potestate essent, petere.  
Cujus rei ex ceteris unum exemplum tam in-  
signis perfidia quam ultionis egregia referre  
libet. Arti Lentzenburgensi in Natungen Terri-  
torio Praefectus erat frater Volradus Wunder-  
lich, is de perfidia subditorum suorum certi-  
or factus, cum non facile crederet, etenim ma-  
suetè et leviter illis imperabat, nihilominus pe-  
riculum illorum fidei prius facere constituit,  
quam severius in eos animadverteret. Convivi-  
um itaq; splendidius instruit, Primates illoru  
more suo invitatis, accumbentes lautè excipit, lar-  
giter etiam propinat, in omnes nihilominus  
motus intentus, et ut à vi securior esset, armis  
sub veste munitus. Pruteni ubi immodica in-  
gurgitatio audaciam et licentiam augebat, ex  
composito lucernas alii extinguunt, Volradum  
alii pugionibus strictim petunt, sic ut ictus per  
Vestem adacti in lorica subsisterent. Ubi Per vis

accurrentibus Lucterna ex integro sunt accen-  
sa, conqueitur Volradus de eorum perfidia,  
qui se vulnerare, fortassis etiam trucidare volu-  
issent, ostendit Vestem multis locis perforatam,  
rogat omnes an ipsi conjunctionem tanti Sceleris  
sint affines aut conscii, vel quoniam Auctores!  
omnibus sanctè negantibus, denuò rogat, qua-  
nam pena dignum existiment, qui talia in se  
clam et furtivè perpetrasset? Respondent illi  
subdolè, quod scirent Authores in ea multi-  
tudine et turba ignorari, qui talia perpetras-  
set, eum ignis Supplicio dignum esse. Volradus  
nihil tum amplius ea de re Verborum facit, hor-  
tatur ad hilaritatem, convotationes repetit, be-  
ne potos in multam noctem domum dimittit.  
Aliquanto post cum exactius explorasset illorum  
Consilia, rursum et eos qui nuper adfuerant, et a-  
lios insuper plures ejusdem perfidia Satellites  
invitat, ubi inebriatos videt cautius sibi prospicit,  
ubi verò animadvertit, prioris facinoris exem-  
plo lucernas extinguere, mox secedit, quodq; jam  
antea clam omnia preparaverat, fenestris et  
januis fortiter oclusis igne injecto domicilium  
simul et hospites exurit. Atq; hoc pacto ipsorum  
met Sententiam, quâ tali Supplicio proditores  
condemnaverant, adversus ipsos exequitur. Ce-  
terum ea Prutenorum Rebellio tanta fuit, ut annis  
LXXV ferme continuis deinde laboratū  
sit, donec ad officium oēs reducerentur, vel pe-  
nitq; extirparentur.

Anno

Anno 1264. Poppo Magister Generalis Senio de-  
 fatigatus, sic ut ad res amplius gerendas ineptus es-  
 set, principatui sponte renunciavit, cum unde-  
 cim annos praefuisset, et privatam vitam elegerit.  
 Proinde quod nonnulli scribunt, inter quos etiam  
 Cromerus, eum hoc Anno à Tartaris ad Ligniti-  
 am coesum esse, illi vehementer errant, cum  
 quod secundum veriorum Historiam pugna cum  
 Tartaris diu ante ejus mortem, nimirum Anno  
 1241. commissa est, tum quod Poppo, cum Provincia-  
 lis Magisterii administratione ornisa semel in Ger-  
 maniam transisset, ibidem reliquum vitae tempus  
 peregit, nec in Prusiam reversus est, sed ad summum  
 Imperium vocatus Prusiam itidem ut Livoniam  
 per Provinciales Magistros gubernavit.

Popponem in Summo Magistratu obsecundo secutus **VII.**  
 est Septimus Magister Hanno, vel Joannes San- **Magister**  
 gershusianus, qui et Livonia praefuerat, subcu- **gnalis.**  
 jus Regimine Cruciferi admodum rem feliciter  
 gesserunt. Hermannus de Grumbach Magi-  
 strum Prussia Provinciale, cui propter crudeli-  
 tatem Magistratus abrogatus erat, secutus est in  
 administratione Helmericus de Reichenberg, cum  
 tres annos gubernasset, in acie à Prutenis Natangis  
 prope Luboviam cecidit, Successorem habuit septimum  
 Provinciale Ludovicum de Baldersheim.

Livonia praerat Anno 1261. Burchardus de Horn-  
 hausen, d. deinceps 1264. Georgig von Eickstad.  
 Hannone Sangerhusienti Magistro Generali, supra  
 1200 Anno Sexagesimo Sexto, supremum diem obiit  
 Swantepolus Dux citerioris Pomerania et Casubio-

rum, de quo plura superius commemorata sunt, cum  
etatis annum aegeret nonagesimum et septimum,  
moriturus filiis suis quam optime prospicere et cau-  
tiores eos reddere volens, ne temere intestinis bellis  
cum ordine Teutonicorum fratrum sese implicarent,  
ita affatus eos dicitur. Si existimatis Charissimi Filii,  
me pro Paterno erga vos amore, optime rebus consul-  
tum velle, aut etiam longo rerum usu tot jam an-  
nos edoctum, posse vobis, quod ex re vestra maxime  
fit, consulere, audite quae praecepta mea, quae vo-  
bis morituros do, vivens ipse mihi dare non pote-  
ram. Equidem vobis relinquo Principatum per se  
quidem satis firmum et amplum, si eo animo es-  
setis, ut unum ex vobis imperantem ceteri ferre  
possent. Verum quoniam quisque Vestrum partem  
sui Domini gerere mavult, in duabus rebus Sa-  
lutem et dignitatem omnium vestrorum. (mihi  
credite.) sit existimabitis, Unum est, ut contoides  
sitis, quod quod difficile est inter multos, Ita  
nihil ad conservandam omnium Majestatem  
et potentiam efficacius.

Hanc quam volo concordiam in eo maxime fi-  
tam putarem, eaque mea est sententia potior, ut ma-  
ximus vestrum natu Republicam gubernet, cete-  
ri et laborum Socii sint et ejus auctoritatem se-  
quantur. Alterum quod vos exhorter hoc est, ut cum  
Ordinis Teutonici fratribus Marianis amicitiam  
et Societatem perpetuo colatis, idque meo potissi-  
mum adducti exemplo. Equidem per complu-  
res annos cum illis bellum gessi, non virtute so-  
lum et aperto Marte, sed variis etiam artibus  
et insidiis. Et quamquam saepe Victor fui, re ipsa  
tamen

53

tamen expertus sum, me ab eo tempore, quò cum illis bellum incipi, et fortuna et opibus, et dititione et Vicinorum favore et amicitia paulatim fuisse destitutum. Enim vero quò bono Vicino est optabilius, quò odio Vicinorum perniciosius. Ego his post habitis Cruciferos Vicinos hostiliter sum persecutus, summis utiq; viribus quibus nihil profeci, tandem hoc Jensi, nihil me valuisse adversus eos, quibus DEVS ipse et multi Reges ac Principes Religionis causa sunt auxilio Subsidiq;. Quocirca magno meo malo et non parva Subditorum et opum jactura detrimentq; tandem sapere fidemq; colere didici. Quod ne Vobis etiam usu veniat per amanter vos hortor, ut Vicinos Cruciferos Dei Servos reverenter colatis ametis et omni benevolentia amplectamini, inter vosmet ipsos autem fraternam concordiam perpetuo conservetis. Hoc ut opinor modo bonis Vicinis ex commodo vestro utemini, et Principatum vobis sine traditum integrum ad filios quoq; vestros per manum qua accepistis, transmittetis. Hac Swante polous filios suos tam paterne et fideliter quam sapienter moriturus admonuit. Verum illi vel Naturæ Vitio vel dominandi cupiditate ducti, neutrum Parentis præceptum diu memoria conservarunt. Maximus enim natu Nestwinus vel Mescingus Cruciferorum potentiam maximè suspectam habens, cum Prutenis iterum deficientibus Societatem coluit, et iis adjuvantibus Culmen et Pomezanien agorum crudelissime vastavit. Verum non satis feliciter hæc illi populatio cecit, vix dum enim citra Vistulã

redierat, cum illum Magister Provincialis Ludovicus de Ballersheim collectis subito copiis acer-  
rimè insectatus est, Pomerelliam omnem secun-  
dum Vistulam usq; ad agrum Gedanensè crudeliter  
depopulatus. Mestwinus ipse in Angustias reda-  
ctus pacem suppliciter petiit et impetravit hac Con-  
ditione, ut damnum Ordinis territorio illatū  
luculenter resarcire cogeretur. His rebus vix dū  
compositis, etiam inter fratres discordia de prin-  
cipatu exorta est. Evanguam enim ex Patris  
testamento Mestwinus in Dominatu præcelleret.  
Frater tamen Vartislaus regnandi cupidus et Studio  
Procerum quorundem adjectus fratrem cepit et in  
Carcere conjecit. Verum id factum adeo displi-  
cuit omnibus Bonis et honestis Viris, qui omnino  
æquum censebant Parentis Voluntatem inter fili-  
os sanctè conservari, ut continuo Seditioe popu-  
lariter excitatā Mestwinum ex carcere vi eripe-  
rent, Vartislaum autem profligarent. Vartisla-  
us cum suorum spe se planè destitutum, nec à fra-  
tre satis tutum cerneret, ad Soverum suum Ottho-  
nem Marchionem Brandeburgensè confugit, ejus o-  
pem implorat, petit se contra fratris injurias de-  
fendi, pollicetur impensas belli se restitutum,  
ejusq; rei Gedanensè Civitatem et Arcem pignus fu-  
turum, ut pote quæ Vartislaus Jure hereditario ob-  
tinerat. Civitatem autem Gedanensè Vartislaus jam  
restauraverat antea à Patre subversam, nec quo-  
ad ille vixit penitus reedificatam. Marchio Condi-  
tionem accipit, copias celeriter collectis cum Var-  
tislaus per Pomeraniam quam tutissimis potest iti-  
neri-

neribus, Gedanum usq; pervenit, Arcem et Civita-  
 tem tradente Vartislas in potestatem redigit. Hoc  
 comperto Mestwinus nihil cuactatus omnem reli-  
 quam fratris ditionem, excepto agro Gedanen-  
 siper deditorem capit, deinde cum se Marchioni  
 imparem agnosceret, auxilium Boleslai Palatini  
 Calisfien- Consobrini sui, cui cum eodem Marchione  
 bellum et inimicitia <sup>intercedebant</sup>, implorat,  
 eumq; ad opprimendum communem hostem in Pome-  
 raniam invitat. Quod <sup>frons</sup> Marchio Vartislaui  
 Stipendia Exercitus importune efflagitat, nisi Mi-  
 litibus satisfaciatur, non obscure Civitatis depraedati-  
 onem comminatur. Vartislaus hoc etiam Solatio  
 destitutus, cum alibi nusquam esset auxiliu lo-  
 cus, nec deteriora à fratre quam Socero expecta-  
 ret, omnibus jam ditionibus exutus, Elbingam ad  
 fratres Marianos confugit, eorum ordini se su-  
 aq; res et ditiones omnes, vel saltem Jus suum de,  
 ac nominatim agrum Gedanen, quem fraude sibi  
 à Socero ereptum querebatur, dedit ac addidit, sed  
 paulò post antequam Cruciferi quidgm moveret,  
 ipse animi ut videtur dolore consumptus interit.  
 Hoc primum Jus est, quod Cruciferi aliquantò post  
 in Gedanenses habere se prætenderunt. Ceterum  
 Mestwinus et Boleslaus acriter Marchionem  
 in Arce Gedanen oppugnantes, arcem tandem  
 deditore ceperunt, quam Civitas ipsa consecuta  
 est. Marchio Involuntatem sibi suisq; pactus, ubi  
 Vartislaum mortuum comperit, citra Provincia  
 detrimentum ad sua reversus est, Boleslaus, quòd

illi Sumptus belli per Nestwinum refunderentur,  
arce et Civitatem Gedanens<sup>is</sup> hypotheca loco per  
aliquot annos pacifice tenuit, ac per sua gentis  
homines rexit. Post aliquot annos, Boleslaus jam  
diem functo, Nestwinus Arcem dolo interceptit,  
et iisdem artibus ad Civitatem capiendam ac-  
cessit, sed exclusus à Civibus, paulo post cum duobus  
Millibus Militum per insidias et proditionem  
noctu Civitatem ingressus, magnam edidit caedem,  
et hoc modo Civibus partim interfectis, partim se-  
se dedentibus Gedano potifus est, et deinceps pro-  
ad vixit, in Arce Gedanens<sup>is</sup> habuit domicilium. Haec  
inter filios Swantepolci post Patris mortem acta  
sunt, iis annis, quibus Magister Generalis Hango  
Sangerhusiensis, et ejus Successor Hartmannus  
Comes in Helderungen Prussiae praefuerunt. Quae  
unum in Locum ideo congerere volui, ut et Histo-  
riae series magis appositè constaret, et quoniam an-  
nales Prutenici hac in parte cum ceteris, qui hujus  
Historia mentionem faciunt, in annorum serie  
longè lateq; dissentiant, quod exactam temporis  
rationem in rebus tam vetustis superstitiosè ni-  
mis investigare super vacaneum sum arbitratq.

Interim Livonia praerant Anno 1267. Wernerus  
von Breidhusen Anno 1269. Conradus von  
Manderu Anno 1272. Otho von Rodenstein Anno  
1274. Andreas quidam, cujus Cognomen et famili-  
am Vetustus, vel potius res inglorie acta obliteravit.

Magistro Magno Hannoni Sangerhusio, qui  
in annum duodecimum Ordini praefuit, et Treveris  
mortu-

35

mortuus ac sepultus est, successit A<sup>o</sup> 1275. Octa-  
vus Hartmannus Comes in Helderungen, cuius  
Vices in Prussia gesserunt Provinciales Magistri  
Theodoricus von Gatterslewen, et eò mortuò  
Conradus von Feuchtwangen Prussia et Livonia  
simul Promagister dictus est, cum autem exa-  
ctò annò utrumq; munus gravius animadvertet-  
ret, quam ut ei ferendo unus sufficeret, Pruteni-  
cam administrationem resignavit, cui successit  
Mangoldus de Steinburgia quo Promagistro An-  
no 1200. Arx Marienburg primum exstructa  
est eo loci, ubi hodie sita est. Mangoldo successit  
Conradus von Fierber Senior.

1200.

In Livonia tum præerant rebus Cruciferorum an-  
no 1275. Walterus von Nordede, anno 1278. Erne-  
stus von Rasborg, Anno 1279. Conradus von Feucht-  
wangen, anno deinceps 1281. Witikindus / vulgo  
Vildecken von Schusborg.

Theodoricus de Gatterslewen Provinciam adhuc  
administrante, Cruciferi ejus auspiciis ex auxilio  
Marchionis Misnensis Theodorici, magnã poti-  
ti sunt Victoriã in Prutenos Natangen et Var-  
mien, Ducibus illorum acerrimis et fortissimis  
unò ferme tempore truncidatis, quibus cum per  
multos jam annos fortiter sed sæpius infeliciter g-  
+ fluxerant. Hercules montem Natangorum Impera-  
tor erat, qui magnitudine animi et rerum ge-  
starum felicitate Cruciferorum res vehemen-  
ter attriverat, tandem insigni proelio victus, et  
ejus militibus pene ad internecionem deletis, in  
fugam actus, paucis comitantibus, aliquantisper

in Sylvis delituit, ubi sociis aliquando ob Victum con-  
quirendum in ferarum Venationem dimissis, forte  
fortuna per Commendatorem Cristburgen, cui no-  
men erat Henrico non Schonberg, et Fratrem Hel-  
wigum non Goltbat, qui et ipsi eò Venationis stu-  
dio cum Equitibus aliquot delati erant, canum pro-  
currentium investigatione solus in spelunca re-  
pertus, agnitus, et mox ad arborem suspensus è,  
gladiò in super propriò per pectus transfixò. Var-  
mienfium duxerat Glappo Vir impiger et ma-  
na promptus. Is à Stenone domestico quodam  
admodum familiari Cruciferis est proditus. Ob-  
sidebat Glappo paucis admodum Militibus Arcem  
in agro Sambienti, quæ sita erat non procul eo loco,  
ubi nunc est Brandeburgum, et ipsa non magno  
presidio tenebatur. Hac occasione Steno proditor  
arcepta, ut nescio quas injurias à Glappone acce-  
ptas ulcisceretur, clam ad Commendatorem Re-  
giomontanum evolat, docet Glapponem cum exi-  
guis Copiis Arcem oppugnare, et parva manu faci-  
le opprimi posse. Commendator re intellecta, arma-  
tis continuo fratribus et Militibus, quos in presi-  
dio habebat, adjunctis etiam Civium nonnullis, fe-  
liciter magis quam prudenter proditori fidem  
habens, intempesta nocte Glapponem de improvise  
opprimit, Milites ejus majorem partem, prius-  
quam ad arma venire possent, cedit, ceteris fuga-  
tis, Glapponem ipsum Vivum capit et secum addu-  
ctum, in adverso colle, qui contra Civitatem Re-  
giomontanam est, in Crucem agit, unde collis iste  
hodie nomen retinet, ut Glapponis mons | vul-  
go Clap-

go Clappenbery: / nuncupetur. His ita Ducibus  
quorum fiducia res tum Prutenica tota stare  
videbatur hunc in modum caesis, non magno de-  
inceps labore Natangi et Varmienses subacti in  
Cruiferorum ditionem concesserunt.

Circa annum supra Millesimum Ducentum Octuagesi-  
mum. Tertium dispidium cepit inter ordinem  
et Nestwinum Ducem Pomeranid, Swante pol-  
cifilium, eo quod Nestwini fratres proter Var-  
tislauum de quo diximus Samborius et Rati-  
borius se suam ordini addixissent /: nam propter  
Nestwini potentiam et ambitionem non suffi-  
ciebant ipsis facultates ad vitam pro dignitate  
tuendam: / eorum pacto in ordinem concessissent. Id  
quod Nestwinus plane iniquo ferebat animo, p-  
sertim quod Mariani reliquas ditiones, sibi qui-  
dem a Nestwini fratribus addictas donatasque, sed  
adhuc a Nestwino possessas, audaciter peterent, nec  
multum abfuit, quin ad arma veniretur. Erat tu  
in Prussia Pontificis Romani Legatus Philippus Epi-  
scopus Formianus, ad quem utraq pars compositio-  
nis gratia peruenit, ita tum quidem rem transegit,  
ut Nestwinus Ordini eam ditionem concederet ac  
resignaret, cujus caput hodie est mexas Arx et Op- +  
pidum ab Ordine postea communitum. Eorum pa-  
cto tum amicitia utring conservata. Annus Salu-  
tis supra 1283. XIV. Calendy Septemb defuncto Hart-  
manno Comite Helderungensi, cum Octo Annos cu  
Imperio fuisset, et Venetus diem suum obisset, in  
ejus locum sublectus est novus Ordinis Generalis IX.  
Magister Burcardus non Swenden, imperante Magister  
Gnalis.

Polonis Lesco Nigro, et Romanis Rudolpho Comite  
Habsburgensi. Hoc eodem anno finitum est tandem  
aliquando bellum cum Prutenis et universa Prus-  
sia, intra Quingenta Quatuor Annos à Cruigeris  
vel dormita vel pacata, Exinde Arma in Lithvani-  
am transportata, dubioq̄ diu et ancipiti Martis  
periculò pugnatum, quæ omnia non est instituti  
nostri commemorare, Burcardus cum sept<sup>m</sup> An-  
nos profuisset, et pacata jam Prussia videretur,  
cum exercitu Quadraginta Millium in Palesti-  
nam traiecit, ad defendendam Ptolomaidem  
contra Sarracenos. Utrum re infectâ Rhodum ex  
fuga rediit, ubi mortuus et humatus est. Ego etate  
Livoniam gubernavit Anno 1287. Conradus non  
Hertogenstem, Anno 1289. Boltho non Hogenbach

X.  
Magister  
Gralis.

Anno supra Millesimum Ducentesimum  
Nonagesimo Burcardo Magistro Magno successit  
Decimus Conradus non Feuchtwangen, cuius Vices  
in Prussia gessit Conradus non Tierberg Junior. In  
Livonia Anno 1294. Henricus non Durnbshagen a.  
1296. Bruno quidam, cuius cognomen ad nos non  
pervenit. Conradus cum annos septem imperas-  
set Praga defunctus et in Drogewitz sepultus est.

Hoc circiter tempore Mestwinus Pomerania Dux,  
qui sine liberis decedens Primislas Polonia maio-  
ris Ducis. fuit is Rex postea. Pomeraniam legaverat,  
inter homines esse desiit. Primislas Pomerania ac-  
cessionem maxime invidabant Marchiones Bran-  
deburgenses, quoniam ille Sororem illorum Biel-  
sam in Matrimonio haberet, adeo ut illorum ope-  
ra per sicarios ex insidiis, cum bacchanalia age-

37

ret, ex cubitoribus Vino Lomnoy commendatis,  
interfectus dicatur. Rem gestam hisce verbis  
Cromerus describit. Premisly recens Rex designa-  
tus, quoniam Crutigeror<sup>um</sup> Prusensium Vicinitate  
suspectam habebant, et moliri eos jam non nihil  
de adipiscendo Gdano | quod ipsi propter portus  
commoditatem ac transmarina commercia  
fructuosius multo, quam tunc erat, fieri a se posse  
intelligebant: | Quin potius ad Pomerania totius  
dominatum aspirare senserat, murire Gdanum  
ortus est. Tamen preclaros autem conatus ejus mors  
immatura prececidit, septimo vel octavo Regni su-  
scepti Mense. mortis ejus auctores Marchiones  
Brandeburgen<sup>ses</sup> fuisse existimantur, qui veteribus  
odius incitati, et potentiam vicini et inimici  
Principis, novam Regni et Pomerania accessione au-  
ctam veriti, cum eum per dolum de medio tolle-  
re statuisent, locum atq; tempus ad peragendu  
facinus idoneum nacti sunt, cum ille festum Re-  
ipublicae curis atq; negotiis animum apud Rogo-  
rum Polonicum in Vicinia Marchia Branden-  
burgen<sup>ses</sup> relaxaret, quod continentibus eo loco Sylva  
in eundas Venationes prebebant, tempore etiam  
ad invitante, quo vulgi more ex prisca liberali-  
um s. Bacchanaliorum Superstitione majore li-  
centia genio indulgetur, ut igitur ibi cum fe-  
curum et incautum opprimerent, Otholungus E-  
lector Marchis, cum Othone altero et Joanne,  
Conradi fratris filius, ex Constantia Premisly Soro-  
re susceptis, et valida suorum manu nocturno

+  
itinere per Sylvas et avia profecti, diluulo e-  
jus dici, qui Cinerum est, armati locum circum-  
dant, rati omnibus, qui circa Regem erant, longâ vi-  
giliâ et Crapulâ Vidianâ sopitis, nihil sibi negoti-  
fore in peragendo Scelere. Expergefactus tamen pri-  
mo tumultu Premislans, ac subitâ et inopinatâ re  
consternatus, cum paucis, qui evigilarent, in hostes ad  
se venientes, nesciens quinam quinq; multi essent, infi-  
luit, et multis strenuis fortisq; viri operibus in eos edi-  
tis, cum unus omnium & elisominus eminensq; pete-  
retur, obrûptus cecidit, ubi diffugiunt Poloni, at Hol-  
lunt Semiranicem Regem Saxones, et eque impo-  
nunt, ut eum secum abducerent, sed cum agita-  
tionem nullam ferre posse videretur, pugioni-  
bus inmaniter confossum reliquere. Volunt non-  
nulli, quem admodum Dlugosfas memorat, farem  
bas quosdam et Halencios |: Equestres ea sunt  
apud Polonos Familia: / cædis Premislisi non ad-  
jutores, conscios certè quidem fuisse, quod <sup>et</sup> Lepo-  
rem eum vindicem scelerum, et inhonestas pa-  
randa rei familiaris rationes refrenantem non  
ferrent, mansisq; patrati sceleris notam in his Fami-  
liis, ut neq; rubris Vestibus uti, neq; inter Equestres  
homines in acie consistere eis liceret, usq; ad id præ-  
lium, quo Casimirus Secundus Rex cum Russis con-  
flavit. Hac Cromerq.

Conrado Magistro Magno Anno Domini 1297. quo  
Anno Imperator Adolphus Comes Russonensis a Suc-  
cessore Alberto Primo victus et in acie cæsus est,  
inturbulento admodum Regum Polonorum Re-  
gimine, vel Interrege potius Seditioso, succes-  
sit Got-

XI.

Magister  
Gnaly

Sit Gottfridus Comes de Hohenloch Magnus Prus-  
 sia Magister Undecimus, Hic promagistrum in  
 Prussia constituit Mangoldum (vulgo Meinike) /  
 Luerfurtensem ex Comitibus de Helderungen, Vi-  
 rum Consilio aequo ac manu promptum, qui multa  
 prudenter ac fortiter gessit per annos Undecim,  
 quibus officio Provinciali praesuit. Hujus Nativitas,  
 ut hoc etiam obiter addamus, plane stupenda fu-  
 it, et merito inter rarissima mundi miracula,  
 nec enim usquam tale quid auditum est, reponen-  
 da. Nobilis quaedam Matrona in eo Comitatu Luer-  
 furtensi trigeminos filios uno partu ediderat. Id  
 comitissa Mangoldi hujus Mater palam dicere, se  
 esse praeter Naturam, ex uno marito semel tres  
 nasci filios, eam mulierem dubio procul cum tri-  
 bus Viris contraxisse, atque hunc in modum honesta  
 isti Matrona vel ex invidia vel ex inscitia, cum  
 per rerum naturam <sup>ge</sup> trigeminos nasci posse jam  
 dudum exemplis compertum sit, infamiam in-  
 ussisse ferunt. Tum illa multis diebus Comitissa, qua  
 tum uterum et ipsa gerebat, imprecata dicitur, fa-  
 cerent Deum omnes ad ostendendam suam innocentiam  
 per trigeminos ederet. Nec imprecationi defuit e-  
 ventus. Comitissa, cum pariendi tempus advenis-  
 set, Novem edidit filios, sanos et vivos omnes, miracu-  
 lo rei perterrita, ne ipsa dedecus suum, uti puta-  
 bat, proderet, et Matronarum fabula fieret, u-  
 num ex infantibus sibi deligit educandum, reli-  
 quos in sacro confectos obstetrici, quam fidam sibi  
 dictoq; audientem fore iurejurando et magnis

pollicitationibus addegerat, committit in profluente suffocandos. Dum ad fluvium Mulier pergit, forte fortuna Comes Pater ex Venatione rediens solus fit obvius, quærit quid in Sacco portet, illa pene exanimata timore muliebri tamen mendacium ex tempore fingit, esse fetus luporum ait, quos ex mandato Domine in profluentem velit abjicere. Comes aliud quiddam ex Mulieris stupore suspicatus Saccum inspicit, infantes reperit, unde gentium hi sint Severius exquirat. Mulier ubi mendacium locum amplius superesse non videt, rem oem de partu et Consilio Comitissa prodit. Comes ipsam dimittit, ac districtè mandat, ut ad Dominam revertatur, et ei modis omnibus persuadeat, se iuxta perpetrâsse. Alii scribunt ipsum gladio mulierem confodisse et in fluvium projecisse, cum ut tanti sceleris administram iusta afficeret poena, tum ut res infantium deinceps esset occultior. Ut ut sit, Comes clam pueros enutriti curat, quos subinde solus inspiciebat, ex oris forma et corporis lineamentis, magnam filiorum inter se similitudinem deprehendit. Elapso Anno septimo, omnes eodem Vestitu, quò filium domesticum clàm exornat, et inter convivandum cum Amicis unà cum illo mixtim introduci jubet, quærit ex Comitissa, quis inter illos hactenus domi pro filio solus sit habitus, et unde illi tam repente tot fratres extiterint. Illa statim, conscientia teste rem intelligit, neque sane in ea animi perturbatione suum ab expositis discernere poterat, mox veniam facti petit, Monasterium deinceps ingressa penitentem

nitentiam egit quoad vixit. Pueri liberaliter e-  
 ducati, omnes viri effecti sunt prudentes, et cele-  
 bres, ex quibus unus fuit hic Mangoldus, de quo  
 nunc loquimur, Promagister, qui ex rei gesta for-  
 tuna nomen sortitus intelligitur, Saxonum enim  
 lingua Mangolt vocatur in Ansburiis. ita ca-  
 num et laporum fetus nuncupantur. Hic  
 Mangoldus primus Vistulam et Rogatum fluvios  
 aggeribus inclusit, unde factum est, ut Insula ad  
 ripas tum primum coli ceperint ac habitari.  
 Mangoldo Everfurtensi successit est Provincia  
 Magister Ludovicus de Seipen, is anno nondum  
 exacto decessit, alii substituunt ejus loco Marti-  
 num Goliensem cognomento ~~Wunder~~ Zagt. Is Suc-  
 cessorem habuit Helwigum de Goltpach, qui et  
 ipse unum saltem annum praefuit. Cui successit  
 est Conradus Sack qui Sexennis Prusiam admini-  
 stravit. In Livonia tum vices gesserunt A. 1298.  
 Gottfridus cujus cognomen et familia intercidit  
 et a. 1307. Conrady von Docke.

Anno supra 1303. Edvardus quem primum vo- 1303.  
 cant Anglia Rex Privilegia et immunitates concessit Privilegia  
 Mercatoribus Alemannicis, ut Mercatores cum re- Hanse in  
 bus et mercibus suis sint in protectione et tutela Angliã.  
 Regis Anglia, in toto ejus Regno, et ab omni exactio- vid. infra ad  
 ne murorum pontium et Cibariorum habeantur ann. 1318.  
 et presententur immunes, ut liceat Mercatoribus  
 nostris emere vel mercari liberè, tam cum Indi-  
 genis et Incolis Regni, quàm cum alienigenis et extra-  
 neis quibus cunq, ut liberum sit Mercatoribus Mer-

res ubique locorum emptas, five intra five ex-  
tra Angliæ Regnum, ibidem in Regno vendere et  
distrahere, vel suo arbitratu ex Regno exportare,  
quocumque locorum velint, exceptis hostibus noto-  
riis et manifestis, excepto etiam vino, quod semel  
in Angliam importatum absque licentia speciali  
non liceat exportari; ut ubicumque in Angliæ Re-  
gno Mercatoribus liceat hospitium capere et  
ibi morari, <sup>cum</sup> rebus et Mercibus suis, quamdiu vo-  
luerint. Ut omnes Mercatorum Contractus cum  
quibuscumque hominibus, cujuscumque Nationis, super quo-  
cumque Mercium genere, validi censeantur, modo  
acta intervenierit. Ut si super quopiam Contra-  
ctu disceptatio oriatur, secundum loci consuetu-  
dinem ubi contractum est res dijudicetur. Ut  
Rex nostratum Merces, nulla de causa, nullos  
necessitatis casu, detineat vel usurpet, nisi sta-  
tim soluto pretio, quo Mercatores aliis homini-  
bus ejusmodi Merces absque incommodo suo ven-  
dere vellent; ut neque superiori, neque alio quovis ca-  
su, Rex vel ejus officiales ac ministri Merces Ale-  
mannorum cuiusvis pretio vel appretiationi vel  
estimationi subiciant. Ut omnium injuriarum,  
excepto crimine Capitali, quæ Mercatores No-  
strates cum quibusvis aliis hominibus concernunt,  
cognitio partim ipsis Mercatoribus, partim aliis ho-  
minibus probis et legalibus in eo loco ubi res agi-  
tur committatur. Ut in civilibus causis Rex specia-  
lem Judicem administranda justitia gratia Lon-  
dini constituat, quoties Mercatores cum aliis litē  
habe-

habebunt, si fortassis ordinarii Iudices celerem  
justitiam non administrarent. Ut in causis Merca-  
torum inter se invicem oriundis, Mercatorum in-  
ter se secundum leges et Constitutiones suas fiat  
cognitio.

Anno 1307. Robertus Comes Flandria Privilegia 1307.  
federatis Civitatibus Romani Imperii à Prede - Privilegia  
cessoribus Margaretha et Guidone filio a. 1252. Hansæ in  
data renovavit confirmavit et auxit in locis di- Flandriâ.  
stionis sua, videlicet, ut liceat illis cum quibus-  
cunq; hominibus Incolis vel exteris super quacunq;  
Inerte, quocunq; Contractus genere contrahere, ex-  
cepto Cambis et Usuraria conventionione, merces  
etiam quocunq; locorum velint citra impedimen-  
tum aliquod expōtare vel evēhere terra mariq;  
ut nulla telonea nova, nullaq; custodia impo-  
nantur in Mercatores et eorum bona, quocunq;  
necessitatis casu, nisi ex eorundem Voluntate et  
Consensu. Ut quoties bellum ortum fuerit flandris  
cum Romanorum Imperatore, vel alis quopiam,  
cui Civitates subsunt, Mercatoribus cum bonis et mer-  
cibus suis salvo Conductus detur, et Securitas pō-  
stetur, ut extraditionem securi et illasi profi-  
ciscantur, nec à quovis detineantur, vel impedi-  
antur. Ut Mercatoribus liberum sit in quocunq;  
Flandria Comitatus loco commorari, Curiam et  
Conventionem publicam habere, quoties voluerint,  
et secundum Leges suas, omnes inter se controver-  
sias, lites et injurias cognoscere, judicare et discer-  
nere, nec quisquam Magistratus Flandrensis eos

in hoc Jure Jus impediatur vel multam dicat aut exigat, exceptis Causis Capitalibus, quarum in Corpore et Vitam est animadversio: Ut bona illorum naufranga, quae fluctibus extracta fuerint, non fisco cedant, sed suis restituantur. Ut qui ob debitum convenit pecuniâ deficiente meritis suis quolibetque Creditori satisfacere possit, Ut Naves et Merces jam in portu stantes, dum ventus saltem expectatur, non detineantur vel pignorent, nisi ob recens aliquod factum. Ut si quis casu seu dolo et vi ledatur et occidatur in Navi, vel in aqua in Navi cadat, non ideo Naves et Merces, nec ii qui in Nave sunt detineantur.

Eodem Anno Joannes Dux Burgundiae et Brabantiae plenius etiam curavit Nostratibus Mercatoribus in eo articulo, qui de bello incidenti dicit, rursurum ut cum suis belli tempore Merces Nostratium et Naves, aequè ut ipsi Mercatores, in toto Dominatu Burgundiae Brabantiae et Flandriae, tuto conversentur eant et redeant, nec à quopiam impediantur, vel damno quopiam afficiantur. Biennio post, idem quoniam diximus Robertus Flandriae Comes Privilegia Civitatum demum confirmavit et multis in capitibus adauxit, ac Residentiam Brugensem cum novis immunitatibus secundum ejus loci rationem instauravit. Mercatores enim propter Brugensium injurias inde se moverant, et Ardenburgum concesserant, unde Robertus eos hoc beneficio revocavit et Emporium restauravit. Eodem Anno 1309. Gottfridus Magister Magnus, cum decennium praefuisset, in Prussiam venit et Elbinga Conventu Fratrum habito Magistratu se propter senium abdicavit.

In cu

XII  
Magister  
Gratias

In cuius locum subiectus est Sigfridus non Feucht-  
wangen Magister Generalis Duodecimus. Conrado  
Provinciali in Prussia successit Henricus Plocensis ul-  
timus, quem officio mutato Sigfridus Commerdato-  
rem Magnum | alii Comitern Magnum sed perperam  
dicunt: | quasi dicas Praefectum Praetorio nuncupavit  
ad quod usq; tempus Prussia per Magistros Provinciales  
gubernata fuerat Annos 77. Hic enim Sigfridus Primus  
Sedem seu domicilium Magistri Magni Venetis Ma-  
rieburgum in Prusiam transtulit.

Hic Sigfridus non tantum armis rem Cruciferorum  
augere, sed legibus etiam publicis stabilire conatus  
est. Eas quoniam et memoratu digna sunt, et quasi  
fontes earum legum, quibus etiam hodie plerisque sal-  
tem in Prussia vivitur, summatione hic recensere  
constituit imprimis, ne quis Iudaus, Magus, incanta-  
tor, Stellig, vel Ethnicus cuiuscumq; Sectae in ditioni-  
bus Ordinis tolerarentur, neve pro ingratissimis reci-  
perentur. Receptoribus eandem quam illis poena  
irrogavit. Ut tantisper, quoad ipse Monetae cude-  
ret, Boemici grossi in Mercimoniis exercerentur,  
quorum triginta uni Marca Pruthenica respon-  
derent: Ut qui Prutenos in famulatu vel Servitio ha-  
berent, iuberent ac cogere eos feriatis diebus Sa-  
cris interesse, et fidei Christianae initiari, nec Genti-  
li Prutenorum lingua ferme cum illis colloquerent,  
sed quantum omnino possent, Germanice abveface-  
rent: Ne quis Prutenus Barbarus in quacumq; Provin-  
cia, Castro, Oppido, vel pago, ad ullum publicum onus  
admitteretur, neve quis illorum Cauponam vel Ta-  
bernarn exerceret, sed ut omnes illi agros tantum co-  
lerent, et rei pecuariae operam darent, ut Servorum

et Ancillarum Merces pro Servientium Conditione  
circumscriberetur: Ut Domino fas esset Servum fugiti-  
vum quocumq; locorum persequi, et ubicumq; deprehen-  
sum, clavo per aurem trajecto affigere et Domum re-  
ducere; Ut Domini Servis, quos ante conditum tempus  
sine illorum culpa dimisissent vel expulissent, inte-  
gram mercedem solvere tenerentur. Ut omnes qui si-  
ne labore in otio et desidia viverent, vel mendicato  
victum pararent, finibus exterminarentur. Ut ii,  
qui Cerevitiā cogunt, eam ipsimet venderent, nec  
per Caupones aut Tabernarios venditionem exerce-  
rent. Ut res omnes, quae vendibiles sunt, in foro publico ve-  
num exponerent, neve clandestinā vel furtiva Com-  
mercationes fierent, nec ulli <sup>pro</sup> pōla annonam oner-  
arent: Ut leges Sumptuariae in Nuptiis, Conspiciis Natali-  
tiis, epulis, firmiter ab omnibus observarentur. Ut  
omnes Opifices Operas suas, suo quilibet peculiari char-  
ractere insignirent, quo cuilibet appareret quid ma-  
teriale vel perperam essent operati: Ut mulota pecunia-  
ria, quae à Corporibus et Collegiis Opificum exiguntur,  
non in Commercationes et Symbola converterentur,  
sed ex iis arma et bella <sup>instrumenta</sup> uniuscuiq; Contubernio in U-  
sum publicum compararentur. Ut diebus feriatis  
contractus prophani non coirent, neve Commer-  
cationes nec publicè nec privatim fierent, et quae  
facta fuissent pro irritis haberentur. Ut neq; Nobiles,  
neq; pagani Mercaturam exercebant, neq; Cerevi-  
tiam cogere Venalem, sed sua quisq; conditione  
rem familiarem faceret. Ut agros desertos ne-  
mo coleret citra ejus qui fundi Dominus sit con-  
sensum:

sensum. Ut Servos et colonos fugitivos nemo recipe-  
 ret aleret aut occultaret: Ut pecudes agro colē-  
 do, vel rei familiari tuenda destinatas, nullius  
 debiti colore vel pretextu detinerentur vel pigno-  
 ri caperentur seu ducerentur: Ut nemo Sylvam ex-  
 cinderet vendendorum lignorum Causa, nisi agrum  
 eodem loco culturus. Ut cuiq̄ liceret de damno in-  
 iuria dato rectè resarciendo, ad arbitros viros  
 bonos à quocunq̄ Iudice provocare. Ut singulis An-  
 nis fines inspicerentur regerentur ac designaren-  
 tur, et qui corrupti vel moti fuissent restitue-  
 rentur. Ut nemo aleā vel Chartis luderet,  
 aut ludentes receptaret, etiam minimo lucro pro-  
 posito: Ut tutores priusquam administrationem  
 suscipiant bona pupillaria solenniter conscriberent,  
 et pupillis cum ad tutelam suam perverissent,  
 ex conscripto et bonorum Virorum arbitris rati-  
 ones redderent. Ut Sculteti Pagorum Stato die  
 Parochiales Censui exigerent, et Contumaces abiq̄  
 provocatione punirent; Ut omnes Sculteti qua-  
 ternos Mansos liberos possiderent, ac vicissim equum  
 et Virum Militarem armis instructum suis sum-  
 ptibus, suo Domino ad operas suas et Expeditionem  
 bellicam subministrarent. Ut Episcopi tertio quoq̄  
 anno professionem susciperent ad convertendos  
 Ethnicos et Paganos Prutenos, et ad Ecclesiarum  
 Statum instaurandum, utq̄ iis omnes tam Cives qm̄  
 Rustici contra Rebelles et Contumaces quoties  
 opus esset opem ferrent; ut in omnibus Civitatibus  
 oppidis et pagis Constitutioes publicae quotannis

promulgarent.)

Hujus Magistri Sigfridi tempore Cruciferi, cum  
Prusiam omnem obtinerent, ad eam Pomerania  
partem, q̄ in ripa Vistula citeriori sita ē, animum  
adjicere capunt, eo interim p̄textu, quod heredi-  
tas filiorū Svante polci ad ordinem spectaret. Itaq̄  
mortuo Nestwino, q̄ jam antea ab illis se redē-  
merat, oēm eum tractum ab Agro Stolpensi ad  
Vistulam usq̄, excepto Gedano, occuparunt et Dux  
suo subjecerunt, quanq̄m interim et Poloni & Mar-  
chiones Brandeburgen̄ Valdemary et Joānes Pome-  
relliam impeterent, et utriq̄ infestis armis, eam  
sibi vendicarent, Vladislag Lotticiq̄ Polony impi-  
mis, q̄ Pomerelliam Premisto Antecessori legatam,  
eod̄ ad se Jure p̄tinere volebat. At Civitatem q̄  
Gedanensē Marchiones p̄ deditiōnem jam occu-  
pabant, Arcem Regis Vladislai Lottici noīe Bo-  
gusfa Juxta Pomerellia Terrestris tenebat, cum  
p̄sidio Nblitis Pomeranice. Is verity ne obsessi  
extrema pati cogerent, neve aut molestia diu-  
turna obsidionis fracti, aut largitione corrupti  
Arcem hosti dederent, maximis itineribz ad Re-  
gem excurrit, reptumq̄ Sandomiria de statu rer̄  
ac p̄iculo Gedanensē Arcis edocet et auxilia ob-  
nixē petit. Pollicet Vladislag brevise eis ad fu-  
turum, d. q̄a tardis id fore judicabat Bogusfa, qm̄  
p̄sens necessitas postulabat, p̄ tempore q̄silium U-  
ladislav suggerit, ut Cruciferorū opa ad defendendā  
Arcem tantisp̄ uteret, quoad ipse bellum comode  
administrare possit. App̄bat Consilium Vladislav  
et in

et in continenti Bogusfa cum Mandatis Regius ad  
 Sigfridum Prae. Magistrum efficitur, Dato g<sup>o</sup>o illo,  
 commemorat Polonos et mixe Vladislai majoris in Cru-  
 ciferos beneficia, p<sup>o</sup>is unam illam graam postu-  
 lat, ut Arcem Gedanens<sup>is</sup> adversus Saxones defenden-  
 dam suscipiant, non inmemorem nec ingraturam er-  
 ga ipsos futurum Vladislaum. Prolixe illi oia  
 polliciti g<sup>o</sup>stituunt cum Bogusfa, ut dimidiam  
 Arcem ipsi tenerent, et annum integrum suis  
 sumptibus defenderent, deinceps vero post exactum  
 annum, quaecunq<sup>ue</sup> impendia fecissent, ea Vladislaus  
 expensa referrent, neq<sup>ue</sup> prius Arce decederent, q<sup>uam</sup>  
 exoluta illa sibi eent, Damnos vero, si qua acce-  
 perant, r<sup>atio</sup> nulla duceret. His igit<sup>ur</sup> g<sup>o</sup>ditionibus  
 in Arcem recepti magnam vim comeat<sup>us</sup> impor-  
 tant, ac Munera domiciliaq<sup>ue</sup> cum Pomeranis, q<sup>uae</sup>  
 admodum g<sup>o</sup>generat, partiti, q<sup>ui</sup> satis habebant  
 defendere munitionem, sed crebris etm erupti-  
 onibus hostem lacefebant, ita ut is in Oppidum se  
 recipere cogeretur, et ad extremum instante hye-  
 me obsidionem solveret, relictoq<sup>ue</sup> Oppidanis ali-  
 quanto p<sup>ro</sup>sidio domum discederet. Verum Oppi-  
 dum quoq<sup>ue</sup> q<sup>ui</sup> ita multo post expugnatum, et p<sup>ro</sup>-  
 sidium infectum e, ac de auctoribus defectioris  
 Sumptum Supplicium. Marchione hunc in mo-  
 dum abacto, Cruciferi impensas belli sibi resti-  
 tui postulant. Cum Bogusfa quod daret q<sup>ui</sup> haberet,  
 Vladislaus etm alibi eent occupatq<sup>ue</sup>, Cruciferi plu-  
 res armatos in Arcem ad se recipiunt et cum supi-  
 ores se ee Pomeranis jam animadvertent, ite-

rum de refundendis impensis multo quam antea  
ferocius instant, ad extremum totam sibi arcem  
vendicant, et primores Nobilitatis Pomeranice ipsamque  
Præfectum Arcis Boguslam in Carcerem conjiciunt.  
Eva necessitate adducta Bogusla nova pacta cum  
ipsis init, nimirum ut totam ipsam Arcem conceder-  
ret, ipsi vero eam Vladislao ad primam ejus petiti-  
onem redderent, cum is belli impensas eis exsol-  
visset. Ea erat Summa Centum Millium Mar-  
carum, latis quos vocant grossis Boemiacis exsolvendis,  
Vladislaus Rex ubi rem gestam accepit, penite-  
re cepit illum prioris Consilii, voluit tamen prin-  
cipium ea de re transigere, et hanc ob causam cum  
Sigfrido loco et die predictis convenit. Commemoravit ma-  
jorum suorum beneficia in ordinem collata, ex-  
probrat deinde ingratitude et perfidiam in ere-  
pta Arce Gedanensi, et avaritiam in postulandis  
impensis. Monet ut sincerè secum agat, et rem  
omnem ad arbitrium bonorum virorum rejiciat. Magister  
Sigfridus vehementer isthac exprobratione commotus, suam  
manu sibi injuriam fieri ostendit, Arcem Geda-  
nensem eis se servasse, quod ipsi met defendere non pote-  
rant, nunc impensis etiam Regem ex pacto debitis  
defraudare se velle, exprobrat vicissim inopiam rei  
pecuniaria, quod scilicet tantum Rex tantillum pecunie  
exsolvere negret. Sic per Summam utriusque offensionem  
abrupto colloquio, re infecta discedit. Cruciferi quoque  
cum Marchionibus pactum ineunt, ut quicquid Marchiones  
in Pomerellia occupassent, suo Jure sibi retinerent,  
Cruciferos a. in accendendis Dirschavia Gedano et Swiece

oppi-

Oppidis, q̄ p̄sidio Regio tenebant, ò impedirent.  
 Tand̄ et̄m Venditio talis in̄cessit, qua Mariani  
 totam Pomerelliam à Marchione Valdemaro,  
 quanq̄m iste in eā parum Juris haberet, cen-  
 sis Millib. Marcis ~~lato~~ grossor̄ emerunt, sive ea  
 venditio vera sive simulata fuit, de<sup>qu</sup> multi dubi-  
 tant, Summa isthac certè Cruciferor̄ impensas in  
 Arcem Gedanens̄ factas vel uno num̄o adæquat.  
 Et extant eij Venditionis Lr̄e, q̄ Scripta s̄t in Vigi-  
 lia Beati Jacobi Apli a.º supra 1311. pacto ut eunq̄  
 q̄vento, Gedanum in ipsis mundanis Dñicis q̄ diti-  
 one capit ac diripit, Atq̄ inde in eum locum, u-  
 bi hodiè sita è, meliorib. auspiciis transfert. Dir-  
 slaviam, quod Arx nec militibz nec com̄eatu satis  
 èt munita, Prefecto Casimiro sub prandii spe-  
 cie p̄ dolum in Castris detento, continuo de-  
 dita è. Swece p̄ vim expugnata. Hoc utiq̄ mo-  
 do Cruciferi Pomerelliam Universam in̄ptatem  
 redegerunt, et deinceps mordicq̄ sua defenderunt.

Sigfridy Magr̄ Pr̄. Galis, cum ferme tri-  
 ennium imparset, diem suum obiit Marienbur-  
 gi, Sepultq̄ in Kolmensehe, Hunc Sigfridum Mecho-  
 vita et eij quasi authoritatem secutq̄ Cromerq̄, eo-  
 rumq̄ imp̄bitatis et crudelitatis genere com̄en-  
 lant, quod in expeditione illa de qua dixi-  
 mus quotidie plurib. furib. et vestib. in equum im-  
 positis, rovere solity fuerit, cibum priḡ ò capturum,  
 qm̄ des illos vestes in Polonis furib. suspendendis  
 expendisset, qua in re potuerunt isti scriptores ut  
 afolet fieri nationis ergo ò nihil affectib. tribue-

1211.

re, Polonorum certe Sigfridus iste hostis quod negari  
potest fuit acerrimus. Verum quod de funesta il-  
lig morte scribunt, quasi malus demon illum in-  
gnem gesserit, et mirabili more cremaverit, a-  
pud alios adhuc Auctores, quibus fides haberi merito  
debeat, nusquam relatum invenio, nisi quod hoc etiam,  
ut cetera ex affectu Scribentium officiosi posse  
existimaverim.

1311.

III. Magr  
Gnialis.

Successorem habuit Sigfridus noster Carolus Bes-  
fart Nobilem Trevirensis tertium decimum Or-  
dinis Magni Gnalem. Is Reipub. fuit imperante  
Henrico Septimo et Rege Poloniae Vladislao  
Cubitali annis tredecim, difficilia gessit bella  
cum Lituaniis. Romam evocatus coram Ponti-  
fice maximo Joanne 22. ut ipsi dixerunt cau-  
sam ordinis sui dixit ac vicit, adversus Archie-  
piscopum Regensem et eorum Affectas Polonos, eo-  
rumque modo, quod Italica lingua dicitur ac Ger-  
manica peritus est. Romam reversus Vienna in  
Austria rebus humanis exemptus est.

1314.

Tertio quo Carolus Magr Gnalis creatus est anno, pestis  
Prusiam vehementissime vexavit, passim a Colo-  
nos ad Necem rapuit, sic ut agris desertis et in-  
cultis, sequentibus annis maxima fuerit sive rebus  
quae ad victum pertinent penuria, caritas et fames inter  
paganos et tenuioris fortune homines tanta, quam  
tam vix ulla secula meminerunt, et nisi pluri-  
oni Scriptores quos sequimur, quibus ea privatim etiam  
et diligenter annotarent, in eandem rem simul con-  
sentirent, plane fidem nec adhiberem ipse nec

aliis ut crederent pervadere vellem, scribunt enim  
 hoies extrema fame coactos fures Sententiam  
 passos ex patibulo detractos, et recens sepulta ca-  
 davera mox effosa comedisse, sapig etm alterum  
 ab altero, fame ad eam crudelitatem impellen-  
 te, frucidatum et devoratum ee; Exemplum ef-  
 fecto famis et inedia ouem nixè abominandum.  
 At duravit ea fames p Prusiam et Livoniam  
 integro triennio, quo spatio multi mortales fa-  
 me pierunt. Mirum vero dictu e, quanta demde  
 subsecuta fuerit annona vilitas, adeo ut memo-  
 ria pditum sit, Lustrum frumenti post famem  
 eam tribus Marcis vendibilem fuisse, cum infra  
 me modig unq Octodecim Marcis fuerit comparatq.

Anno supra 1315. Joannes Dux Lotharingie et 1315  
 Brabantia Mercatoribz Anse Teutonice in ditio- Privilegia  
 nibz suis hac indulsit Privilegia, ut liberrimum Hanse in Lo-  
 sit Mercatoribus p oia ditionis eglora terra marig, et Braban-  
 cum Mercibz et rebz et Comitibz ibid comorari, ire, tia.  
 redire, res suas vel per se vel per famulos suos tra-  
 ctare qtrahere, emere, vendere, merces importare,  
 et exportare p arbitris, abiq cujvis impedimento,  
 sic tamen ut p principal' in oppido Antverpiensi  
 qverent. Ut pter vectigalia qsveta, et utriusq re-  
 cepta | q in singulas merces eod Privilegio nomi-  
 natim describunt; | nulla nova nullo unquam co-  
 lore instituant onera seu vectigalia in ppetuum.  
 Ut qcumq Exactiones qstituent in quavis subdi-  
 to et Incolat merces, ear mercium emptur  
 exportat Mercatoribz nois sit libera, exactio.

nem a venditor solvat, absq; emptoris ullo damno  
vel p̄judicio. Ut ponderatores Mercium q̄junctionem  
ex potestate Scabinor̄ Antverpiens̄ et Mercator̄ No-  
stratum arbitrio q̄stituant, at utrisq; parent, et ca-  
su quo officium non fecerint utrorumq; arbitrio  
puniantur. Ut si qua dissensio vel injuria Mercatori  
cuiquam cum Antverpiensi, vel plurib; cum plurib;  
incedat res q̄junctionem tam à Mercatorib; quam  
à Scabinis dijudicetur, et conjuncto suffragio  
multa vel poena dicat; Ut quoties Mercato-  
res Mercēs in Flandria et Brabantia emptas  
evexerint, nullum amplig teloneum, nullam  
exactionem in omni huj; Principis Dominio, no-  
minatim, nec Bruggelt, Westgelt, Kagitegelt, West-  
gelt, vel aliqd aliud dare cogant, p̄ter eam, qua  
semel ex huj; Privilegii p̄scripto soluta ē, eaq; so-  
luta in eo loco ubi Mercēs emptae sunt, de cetero p̄-  
totum Principis Dominium Mercatores liberifint  
et irruenes, ut si in Principis ditione vel Dominio  
mercatores spoliati fuerint, Princeps Damnum  
spoliato resarcire bona fide teneat. Ut si quod  
bellum à quocunq; ingruat Princeps Mercatorib;  
nostris mature denunciet, et eos qui volent abire, ad  
fines usq; sua ditionis ultimos, cum reb; Mercē-  
b; et comitib; suis securos p̄stat ac indemnes. Ut  
liberum Mercatorib; sit Collegium q̄stituere, Con-  
sulem eligere, Conventiones suas agere quoties vo-  
luerint, irregitis Scabinis et ceteris Mḡtib; ad  
ordinandum, disponendum, corrigendum et  
punendum q̄cunq; genera delictor̄ vel excessum,  
in cōn-

46

in contractibus et mercaturis inter factis vel commis-  
missis, exceptis delictis quae vitam et Membra mutila-  
tionem quae cernunt. Ut libera sit Mercatoribus potestas e-  
ligendi ad Voluntatem suam Consellorum seu Fac-  
tellarum ligatores seu factores, portitores, et la-  
boratores quoscunque, quibus indiquerint, qui super pre-  
stando ipsis fideli Servitio Suraamentum eis solen-  
niter prestabunt, Mercedem autem constitu-  
tam sine aliqua rixa accipient, et si quis labora-  
torum illorum in officio delinquet, puniat ex ordi-  
natione Mercatorum inter ipsos hactenus observata; Ut  
liberum sit Mercatoribus et eorum famulis emere,  
habere et exportare quoscunque genera armorum et arma  
gerere per Voluntatem suam in omni Principis ditione et  
Dominio, absque cuiuscunque calumnia. Si quis autem  
armis abusus fuerit vel stringendo vel percussiendo  
vel vulnerando, res uti supra dictum est, tam Scabi-  
nosus quam Mercator aequa potestate et arbitrio iudi-  
ciet et puniat. Ut Mercatores Alemanni, quoscunque  
Antverpiae commorati per quovis tempore fuerint, Vinum  
Cerevisiam et quoscunque potus seu potationis species ma-  
luerint infra eorum hospitia, per se Sociis et familiari-  
bus libere habere possint, absque accisa quacunque stan-  
da vel solvenda, dummodo extraneis non vendant  
portiones; ut eis liberum sit in oppido Antverpiae  
Cerevisiam et alia Victualia vendere, cogere, pa-  
rare pinere per voluntatem suam, solvendo Accisam de-  
bitam rationabilem, et hactenus solvi consuetam.  
Ut omnes in vino obligationes Cambiorum vel aliorum tractuum,  
cum quoscunque hominibus tuis vel absque tuis celebrare

et exigere liceat: Ut si bona vel Merces Nostrati-  
um, veniendo Antverpiam, vel Antverpia rede-  
undo, in Hollandia Zelandia, vel alibi fuerint  
arrestata, teneat Princeps p<sup>r</sup> Lrās et Nuncios suos  
Consilium, favorem et auxilium p<sup>r</sup>stare bona fi-  
de, ad res et merces restituendas et libere dimit-  
tendas. Promissa oīa et singula p<sup>r</sup>ut superiq<sup>ue</sup> s<sup>unt</sup>  
q<sup>ue</sup> scripta, inq<sup>ue</sup> Princeps in eo Diplomate, p<sup>r</sup> Nobis  
et heredib<sup>us</sup> vel Successorib<sup>us</sup> N<sup>ost</sup>ris Nos firmiter et  
fidelit<sup>er</sup> observaturos, dictis Mercatorib<sup>us</sup> p<sup>r</sup>mittim<sup>us</sup>  
bona fide et Juramento ad Sancta & E<sup>van</sup>gelia,  
iustactis sup<sup>er</sup> hoc p<sup>r</sup>stito, et o<sup>mn</sup>ia q<sup>ue</sup> gra facturos vel ven-  
turos p<sup>r</sup> hos seu p<sup>r</sup> alium vel alios, directē vel indi-  
rectē aliqua l<sup>ib</sup>erā vel ingenio, de Jure quolibet, vel  
de facto. Et ad p<sup>r</sup>omissa oīa et singula fidelit<sup>er</sup> et  
inviolabilit<sup>er</sup> observanda, Nos et Successores N<sup>ost</sup>ros,  
et oīa bona n<sup>ost</sup>ra et Successor<sup>um</sup> N<sup>ost</sup>ror<sup>um</sup> mobilia et  
immobilia, p<sup>r</sup>sentia et futura, ubicunq<sup>ue</sup> et in q<sup>ui</sup>bus-  
cunq<sup>ue</sup> existentia eor<sup>um</sup> Mercatorib<sup>us</sup> obligam<sup>us</sup> effica-  
citer, et expresse Nos et Successores N<sup>ost</sup>ros Jurisdicti-  
oni Sedis Ap<sup>osto</sup>licae, nec o<sup>mn</sup>is cujuslibet alteriq<sup>ue</sup> Ecclesi-  
astica vel Mundana quoad hoc plenariē suppo-  
nentes. Datum in Festo Beator<sup>um</sup> Simonis et Jude  
Apostolor<sup>um</sup> a<sup>n</sup>o 1315.

1318.

Privilegia Han-  
sa in Angliā.

Triennio post etiam, in Anglia Edward<sup>us</sup> 2. in Con-  
firmatōe Privilegior<sup>um</sup> Henrici Avi sui Mansioni  
seu Residentia Londinensi o<sup>mn</sup>ia nihil addidit, videlicet,  
quod Mercatores Nostrates et eor<sup>um</sup> Successores p<sup>r</sup> di-  
ctam domum Stalhoff habituri, in p<sup>r</sup>petuum in-  
tra Regnum et p<sup>r</sup>atē Regiam has habeant li-  
berta-

97

bertates, quod ipsi aut eorū bona seu mercimonia  
q̄ aliquo debito, de quo fidejussores aut Principa-  
les debitores ē extiterint, nec p̄ aliqua transgres-  
sione facta vel fienda, p̄ alios, qm̄ p̄ ipsos ē ar-  
restent, nec gravent. Et quod Nos, ait Rex vel ha-  
redes Nri, sup̄ ipsos et eorū bona vel mercimonia  
Costumam novam indebitam ē ponemq, quodq,  
ipsi p̄ totum Regnum Nrum de bonis et Mercimonia  
suis a portagio, paragio et muragio in  
ppetuum sint quieti. Ita tamen ut aliquem, q̄  
de Gilda ipsorū Aula p̄ dicta ē existat, nec eij bo-  
na seu mercimonia de Gilda sua ē advocent  
ullo modo. Datum apud Vindosoriam p̄ manu  
nrām VII. Decemb̄ A.º Regni II. Hic ē Edwar-  
dus q̄ ab Uxore Isabella Gallicana Regno pulsus,  
a suis captus et a custodibz in Carcere trucidatus  
ē. A.º 1326.

1326.

XIV.

Magr

Gnalis.

In Caroli locum sufficit dicitur Magr  
Gnalis Wernerg de Orselen, vir pius et Religioni  
vehement̄ deditus, q̄ fratres secundis jam rebz  
lascivientes, sapig ad meliorem vitam hortaba-  
tur, sed parum proficiebat. Erat ex fratribz unus  
nondum in militiam ab Scity Joannes de Bien-  
dorff vel Gündorff, homo maliciosus et impurissi-  
ma libidini deditus, is quoties in expeditionem  
vel in oppidorū aut Arcium p̄sidia fratres mit-  
terent, enixe sollicitabat Magrum, ut ipse quo-  
que mitteret sperans futurum, ut eo majorem  
haberet libidinum exercendarū occasionem. Wer-  
nerg q̄ sciebat hōiem lupanari qm̄ bello aptis-

rem eē, semp eiq̄ petitioni adversabat, p̄tendens  
interim equum sibi d̄ sup̄eē, quem ipsi ad expedi-  
tionem daret. Ille in Marchiam ad amicos mit-  
tit, equos duos generosos impetrat, q̄b̄ ad Magistrum  
adductis denuo petit, ut se cum ceteris in expedi-  
tionem q̄scribat. Recusat iterum Magr, et me-  
liḡ ē inqt, se domi manere et in Choro psallere,  
qm̄ Militia p̄textu libidines sectari, ac q̄tinuo  
Equos illi iussit adimi. Quam ob Caam Vir oium  
Sceleratissimq̄ eo furoris p̄cesit, ut Wernerum  
Sacello suo post preces privatas unice egredien-  
tem in ipsis forib̄, nihil tale suspicantem pugi-  
one in pect̄q̄ adacto obtruncaverit. Accidit hoc  
facin̄ in Vigilia Beata Elizabetha a. 1320. cum  
Triennium Wernerq̄ Magistrum egisset. Latrone  
istum canum latratu ceteris p̄ditum Pontifex  
Ioannes 22. ad p̄petuos Carceres q̄demnavit, in  
q̄b̄ vitam aqua et pane saltem sustentaret.

Hoc Magistro Livonia p̄eē capit Eberhardq̄  
non Monheim, cuj̄ auspiciis Regentis Civitas in  
fidem et p̄tatem Ordinis q̄cessit a. 1330. Impante  
adhuc Werner Lithvani Prusiam Ulteriorem ho-  
stilib̄ excursionib̄ fadisime devastabant, tem-  
plis passim exustis, Monasteriis direptis et ma-  
gnā vi hominum utriq̄, sexq̄ in Servitutem abdu-  
ctā. Accidit tum unum et alterum exemplum,  
quod quamvis ad annales nost̄ p̄prie d̄ ptineat  
tamen p̄ rei memoriam d̄ absurdum fuerit  
paucis cōmemorare. In̄ captivas Virgines quat̄  
formosissimam quamq̄ Lithvanor̄ Primores, quos

Bojaros vocant, in p̄dam et libidinem sibi de-  
 ligebant, una erat genere v̄bli ceteris forma  
 p̄stantior, de qua in p̄tatem redigenda duo Prin-  
 cipes vehement̄ q̄tendebant, adeo ut nisi alteru-  
 triq̄ nece alter cupiditatem explere ō posse vi-  
 deret̄. Hoc q̄templans Imperator Exercitus t̄u  
 Praefectq̄ David, q̄ Gedimini Magni Ducis Lithva-  
 nia Praefectq̄ erat Praetoris, et indignum ratq̄,  
 unig muliercula Cāa viros duos re militari cla-  
 rissimos in semet ipsos servire, ex templo litis  
 arbitrium ad se revocat, ubi illi q̄sentissent, mox  
 Virginem acinace mediam dissecat ac jubet  
 ut uterq̄, corporis eiq̄ tam vehement̄ deside-  
 rati semissem accipiat, et à q̄tentione muliebri  
 desistat.

Altera erat Virgo Religiosa è Monrio rapta, quā  
 unq̄ ex primoribq̄ Barbaror̄ in Pradam abduxe-  
 rat, eamq̄, cum nec precibq̄ nec minis puella ani-  
 mum ad libidinem suam expugnare posset, jam  
 violent̄ comprimere conabat̄. Illa cum violentia  
 resistere neq̄ret, barbar̄ tamen precibq̄ et ficti-  
 tis blandimentis exorat, ut pudicitia sua par-  
 ceret, quam ipsa Deo dedicasset, se eam vicissim  
 remuneraturam aliis tam insigni dono, ut meri-  
 to se mortalium oīum ubiq̄ Gentium felicissi-  
 mum p̄dicare possit. Dverenti q̄ hoc muneris  
 eēt tam p̄olari, respondet illa, artem eē, q̄m  
 si ab ea disceret, nullis illum armis, nullo ferro,  
 nullo telo ladi aut vulnerari posse. Barbarq̄ quā,  
 q̄m oīno q̄stituisset libidini satisfacere, tamen

ut artem illam una cum Virgine possideret, tan-  
tisp cunctat et libertatem illi p mittit, si se ar-  
tem eam doceat, Virgo q mortem quam stuprum  
pati mallet, pauca st inqt verba mystica, q by  
restam p clara g ficit, atq ades in me ipsa potes  
piculum facere, mox in genua p cumbens seq  
Cruce notans, Domine Deus, inqt, in manus tuas  
commendo Spiritum meum. Divis verbis a Bar-  
baro o intellectis, Virgo ad eum g versa et ex por-  
recta ad ictum Cervicis nunc, inqt, feri quam  
fortissime, et artis experimentum p sentissimum  
videbis. Ille rem ita ee existimans sublato gla-  
dio caput eod ictu Virginis abscidit, et tum de-  
num animadvertit, se spe sua delusum, et Vir-  
ginem ignominia pudoris, quem a sua libidine  
salvum servare negret, mortem p tulisse, di-  
gnum certe exemplum, quod p Lucretia Ro-  
mana celebret, quod illa vim jam passa semet  
ipsam in se fecit, hac pudicitia g servata raptu-  
rem ipsum sua manu a libidine se vindicare in-  
duxit.

1328.  
XV.  
Magr  
Gulis.

Wernero ad eum quem diximus modum nefar-  
rie trucidato, quinto decimo Magr Gulis succes-  
sit Lotharig Dux Brunsvicens, Vir o ming pieta-  
tis quam justitie amans, cuj rei insigne et di-  
gnum memoratu exemplum ab initio sui Re-  
giminis edidit hujusmodi. In oppido Salfeld  
q stitutus erat Iudex, frater q dam ordinis,  
ut o nulli volunt, in cuj Iudicio Ca a q dam de  
bonor possessione ventilabat ins Avem satis

locu-

49

Locupletem et Viduam planè inopem. Civis qui  
¶ fas et nefas Viduam bonis spoliare volebat, U-  
xorem habebat juvenoulam et venustam, quoniam  
Judicis obsequio et libidini diu p̄bebat, ut secun-  
dum se Jus diceret, eamq̄ ob causam ille, ut ad Sa-  
tietatem mulieris uteret̄ Consuetudine, Senten-  
tiam hactenq̄ progaverat. Vidua filia erat  
unica Virgo eximie formosa, cujus pudicitia Ju-  
dex, quem prioris libidinis Satietas jam cepe-  
rat, cum hanc q̄sperisset, insidiari cepit, clam  
ad se Matrem vocat, Casu victoriam et insup  
munera luculenta p̄mittit, si morem sibi  
gerat et filia copiam faciat. Illa tantum  
Scelus abominari, quod nefas est in Deum et  
impium in liberos filiam à Matre p̄stitui, i-  
taq̄ Judicis postulatum planè repudiare, il-  
lò et̄m adjectò, malle se non solum ob calu-  
mnam et injuriam eà causa cadere, sed et̄m  
oibz insup bonis exui, quam hanc filia pudoris  
maculam inxere. Iudex agrè ferens, eà se  
spe falsum, Sententiam q̄ lixe ōm̄ing cor-  
ruptè quam injustè p̄nunciat, vidua non ita  
diu post, quamq̄m rebz jam deploratis, bonorū  
tamen Virorū auxiliò rem tam indignam ad  
Lotharium defert, q̄ re accuratig cognità et  
severig exploratà, Civem q̄ Uxoris pudiciti-  
am sponte p̄stituerat quadrifariam con-  
cidi iussit, Judicem vero iniquissimum, equis  
in diversum actis concerp̄i, quali supplicio pri-  
mò oim Tully Hostillig Romanorū Rex Metu

Suffetium Reipublicae Proditorem affectu legit  
Adulteram Stigmate in faciem impresso notavit,  
Vidua Insuperum restituit et semissem omnium bonorum  
Condemnati Civis adiecit. Exemplum omnibus p[ro]fe-  
cto Iudiciis, q[uod] vel amoris vel aliis affectionibus  
dare q[uod] q[ui]s venerunt, memoria p[ro]petuo q[ui]servand[um].

Hoc Magistro Cruciferi bello à Polonis ac Liv-  
thuanis petiti adeo fortiter sese Bohemis auxili-  
antibus defenderunt, ut o[mn]i solum sua egregie tuta-  
rentur, sed Lujaviam etiam subigerent, et majorem  
Poloniam effuse devastarent, obtinebat tunc Stol-  
pensem Ducatum Marchio Brandeburgensis, et e-  
ius ditioni Baronem h[ab]entem satis ferocem p[ro]fecit.  
Is cum p[ro]fecto Gedanens[is] Arcis p[ro] Colonos quosdam  
fugitivos in tutelam receptos inimicitias exerce-  
bat, adeo hostili, ut Colonorum loco Cives Gedanen-  
ses capere conaret. D[omi]ne animadversa Cruciferi,  
q[ui] o[mn]i ming erant quam ille feroces et animosi, Co-  
